

ANALEKTEN.

1.

Beiträge zum Briefwechsel der katholischen Gelehrten Deutschlands im Reformationszeitalter.

Aus italienischen Archiven und Bibliotheken

mitgeteilt von

Walter Friedensburg.

(Fortsetzung ¹⁾).

82. Cochlaeus an Cervino: Dank für ein von Kardinal Ardinghello ausgehendes Geldgeschenk. Zu Kolloquenten und Auditoren der katholischen Seite geeignete Persönlichkeiten. Man verlangt die Teilnahme des Cochlaeus. Vauchop; A. Catherinus; Kardinal Monte. 1545 November 13 Eichstädt.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 88, eigenh. Orig.

S. quarta hujus mensis binas a R^{ma} D. T. literas una cum epistola R^{mi} domini cardinalis Ardinghelli et cum literis cambii ² maximo cum gaudio recepi et mox conduxi fidelem cursorem, qui Monachium afferret literas cambii. res itaque ex animi sententia prospere cecidit; reportavit nuncius hesterno vespere in bona et probata moneta argentea valorem centum scutorum coronatorum

1) Vgl. Bd. XVI, S. 470 ff., Bd. XVIII, S. 106 ff. 233 ff. u. 420 ff. dieser Zeitschrift.

1) Kardinal Ardinghello schickte dem Cochlaeus durch Cervino-100 Scudi: Massarelli bei Döllinger S. 125. 135.

juxta cambii dictamen. ago igitur et illi et R^{mae} D. T. immortales gratias . . .

Reliqua que ad R^{mam} D. T. scribenda erant, scripsi nuper hic per nuncium proprium, quo et antea usus fui, nisi forte hoc addendum est quod cum R^{mus} et Ill^{mus} dominus cardinalis et episcopus Augustensis per sacellanum suum peteret a me ut indicarem quosnam ad colloqui peragendum negocium idoneos ex parte Catholicorum putem, indicavi igitur quatuor pro collocutoribus: Rev. d. Julium electum Numbergensem et d. Jo. Groperum (hi enim duo et antea collocutores fuerunt), et addidi alios duos Rev. patrem provincialem Carmelitarum Coloniae ¹, qui et ipse Ratisponae antea cum d. Gropero fuit, et d. Martinum Kugelin ordinarium theologiae in studio Friburgensi, qui Wormaciae et Ratisponae mecum fuit. pro auditoribus itidem quatuor indicavi: Rev. patrem Jo. Hofmeisterum provincialem Augustinianorum, d. Jo. Armbrosterum Herbipolensem, qui nuper Tridenti fuit, d. Bartholomaeum Latomum Bucerii adversarium, et magistrum Vitum Amerpachium, qui plurimis annis Wittenbergae praelegit et nunc Ingolstadii philosophiae professor est ², vir egregie doctus graece et latine. rescripsit tamen idem cardinalis necessarium sibi videri ut mea quoque parvitas illi intersit colloquio. quod si forte a Caesarea Majestate ad illud deputatus fuero, non video quomodo possim honeste recusare, et expedire mihi videtur ut omnino fideles deputentur, qui contra sedis apostolicae autoritatem et fidem nihil temere admittant. mallet alioqui meo insistere proposito ad redigendum diversa opuscula mea in unum volumen. bene valeat R^{ma} D. T.

Ex Eystet die 13 novembris 1545.

D. Julius e Moguntia ad me scripsit a Protestantibus deputatos esse Philippum, Bucerum, Brentium et Schneppiam.

Supplico humiliter ne R^{ma} D. T. graviter accipiat quod literas ad alios datas hisce adjungo, quia commodiorem mittendi modum et viam non habeo.

Ad Rev. patres archiepiscopum Armachanum et Ambrosium Catharinum nunc non scribo, eo quod ex proximis Catharini ad me literis intellexi eos nunc Tridenti non esse, sed unum ex eis Florentiae decumbere, alterum Venetias abiisse. quod autem ad R^{num} dominum cardinalem de Monte sedis apostolicae legatum concilii tertium non scribo, non ex negligentia fit, sed ex verecundia, quia ignotus sum R^{mae} Dⁿⁱ ejus, et scribendi causas ullas spe-

1) Eberhard Billick.

2) Veit Amerbach war vom Protestantismus zur alten Kirche zurückgetreten.

cialiter non habeo. si tamen oportune fieri queat, velim et illi a R^{ma} D. T. commendari meamque promptam ac fidelem serviendi voluntatem offerri.

83. Cochlaeus an Cervino: der Bischof von Eichstädt. Das Religionsgespräch. 1545 November 26 Eichstädt.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 90, eigenh. Orig.; in verso: responsum 14 decembris.

S. Nondum rediit ad nos huc nuncius, cui nuper literas dedi ad R^{mam} T. D. et ad alios quosdam cardinales, quem certe avidissime expecto. quae interim acciderunt apud nos in fidei negotio, R^{ma} D. T. ex literis . . . episcopi Eystetensis intelliget¹. spero equidem colloquium istud (quod tamen Catholicorum plurimis institui non placuit) fore foelicem praeparationem ad confundendos finaliter per generale concilium haereticos. ego certe Dei adjutorio intendam omnes ingenii nervos, ut nota fiant illorum deliramenta, quod neque in sacris literis neque in sanctis patribus neque etiam in philosophia et recta ratione habeant verum fundamentum. etsi enim inter collocutores numeratus non sum², adero tamen (si Deus voluerit) in colloquio apud R^{mam} dominum meum, qui constitutus est a Caesarea Majestate praesidens, et diligenter curabo ut R^{ma} D. T. frequentioribus literis iisce de rebus certiore reddam.

Ex Eystet 26 novembris 1545.

84. Cervino an Cochlaeus: Konzil und Religionsgespräch. [1545 Dezember 14 Trient.]

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 92. Konzept ohne Datum (ausgestrichen: 13 decembris).

1) Am 27. November 1545 erbat Bischof Moritz den Rat Cervinos, wie er sich verhalten solle, nachdem ihn der Kaiser durch Rescript aus Gent vom 2. November (erhalten am 20.) neben dem Grafen Friedrich von Fürstenberg zum Präsidenten des Religionsgespräches ernannt habe. Man versichere ihn, der Papst habe das Kolloquium zugelassen; sollte es aber anders sein, so werde er dem Papst gehorchen. Er gedenke sich in Regensburg des Cochlaeus zu bedienen, weswegen er diesen nicht — wie er andernfalls beabsichtigt — nach Trient sende, wo, wie man höre, die Konzilseröffnung bevorstehe. Orig. in Florenz Carte Cervin. filza 41. — Die Antwort Cervinos vom 14. Dezember gedr. Mon. Tiid. nr. 271.

2) Unter dem 7. Dezember, d. d. in nostra civitate Busco Ducis, anno imp. 26, erfolgte durch den Kaiser die Ernennung des Cochlaeus zu einem der 4 Kolloquenten, qui juxta nuperrimi recessus Vormaciensis tenorem sunt nobis vocandi. Das Nähere werden die Präsidenten mitteilen; Cochlaeus möge baldigst nach Regensburg gehen. Abschrift Carte Cervin. filza 40 fol. 94.

Erhielt dessen Briefe vom 13. und 26. November. quod autem scribis te apud Rev. d. episcopum Eystetensem colloquio, cui ipse praeerit, interfuturum, quoad in re non bona fieri potest, laetor. etsi enim in oecumenico concilio, quod heri cum gratia Dei a nobis ceptum est, tua opera valde opportuna esse potuisset, tamen ubicumque fueris, christianae reipublicae ac religioni te utilem futurum certo scio. In Regensburg möge Cochlaeus sorgen, ne fidei ac religionis sacrosanctaeque sedis apostolicae auctoritati aliquid detrimenti ac praejudicii afferatur neque de oecumenico concilio, quod universalem ecclesiam repraesentat, quicquam in isto colloquio statuatur.

85. Cochlaeus an Cervino: Lage der Dinge in Regensburg. [Regensburg] 8. Januar [1546].

Das Schreiben selbst hat sich nicht erhalten; vgl. aber was Cervino am 23. Januar 1546 aus Trient an Bernardino Maffeo darüber mittheilte: Dal Cocleo ho questa sera lettere di 8 di gennaro, per le quali mi scrive che il colloquio non era cominciato ancora, aspettandosi il secondo presidente il conte Friderico de Furstenberg, perchè il vescovo di Aystet era arrivato l'ultimo di dicembre. aspettavasi ancora messer Julio Phluc per la parte de Catolici et Melantone per quella de Luterani, quali due ancora non erano arrivati. che lui con li nostri tre collocutori, cioè messer Pietro Malvenda Spagnolo, il provinciale di Colonia Carmelitano, et il provinciale di santo Agostino¹ ogni giorno convenivano insieme per trattare come si dovesse procedere in confutare la parte adversa, et che sperava bene. che non sapeva quando il colloquio dovesse cominciare. che il provinciale di santo Agostino predicava in la chiesa cathedrale di Ratisbona con grande audientia et con speranza di frutto, ancora che quella terra sia luterana. ultimamente esso Cocleo si raccomanda a Sua Santità et mostra desiderare di poter finire la vita sua o in Italia o in Francia, se ci potesse havere qualche entrata. — Arch. Vat., Conc. di Trento, Lettere sciolte, Orig.

86. Cervino an Cochlaeus: das Religionsgespräch. Die erste Sitzung des Konzils. 1546 Januar 10 Trient.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 99, Konzept.

Erhielt heute seinen Brief aus Regensburg vom 25. Dezember; er möge weiter berichten, interest enim christianae reipublicae ut de his quae in colloquio isto agentur, certiores reddamur.

1) Johannes Hoffmeister.

Am 7. Januar hatte die erste Konzilssitzung statt, in qua bonam partem eorum quae ad ipsum dirigendum pertinet, peregrimus, dum major frequentia praelatorum expectatur. nunc autem, dum quotidie consessus crescat, aggrediemur cum gratia Dei aliquid substantiale.

Bittet einen Brief an den Bischof von Eichstädt zu besorgen.

Tridenti 10 januarii 1546.

87. Cochlaeus an Cervini: Die Konzilseröffnung und die Lutheraner. Eröffnung des Religionsgespräches. Erste Schwierigkeiten. Die Aufzeichnung der Akten des Gespräches. Streit-schriften zwischen Bucer und Cochlaeus. 1546 Februar 1 Regensburg.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 100—101, eigenh. Orig.

S. vidi hisce diebus in Germanicum translatum apertionis concilii solemnem actum, ubi orationes et missam celebravit R^{mus} dominus cardinalis de Monte, aeditum a Lutheranis cum praefatione et annotationibus juxta eorum consuetudinem. et fama nunc spargitur delphinum regni Franciae suos habere oratores apud Protestantes Francordiae congregato satque Christ^{mm} regem Galliarum episcopos e concilio domum revocasse. spero equidem haec haereticorum, qui oderunt generale concilium, figmentum esse. reddunt me tamen tristem et sollicitum, nam et hic haeremus post inchoatum colloqui actum et progredi non possumus. etenim die 27 januarii coeptum est agi: post solemniter celebratam in majori ecclesia missam de sancto spiritu itum est in praetorium, ubi tres stubae (uti nostra vocamus hipocausta) calefactae et adornatae erant, una pro praesidentibus, in qua peragendum est colloquium, dispositis tabulis et sedilibus satis apte, ut ex una parte sedeant quatuor collocutores catholici et post eos retro quatuor auditores, et ex altera parte e regione totidem sedeant ex Protestantibus collocutores et auditores. e Catholicis a Caesare deputati sunt collocutores egregii sane theologi d. Petrus Malvenda Hispanus, p. Everhardus Billichius Carmelitarum provincialis Coloniensis, p. Joannes Hofmeister Augustinensium provincialis Colmariensis et ego vice R. d. Julii Pflug, quem praesidentibus adjunctum iri arbitror. partis adversae collocutores sunt Bucerus (qui praecipuus et aliorum os habetur), Brentius, Schneppius et Maier, qui vice Melanthonis ab electore duce Saxoniae missus est. auditores utrinque sunt viri splendidi ac nobiles. praesidentes sunt R^{mus} dominus meus episcopus Eystetensis et illustris comes dominus Fridericus a Furstenberg, qui valde inviti huic intersunt negotio, et quatuor habent adjunctos e suis consiliariis. primo igitur consessu post praefationem a cancellario episcopi domini mei factam

propositi sunt articuli a Caesarea Majestate constituti, ex confessione Augustana Protestantium breviter commemorati, super quibus inter partes disceptandum est. deinde lecta est formula juramenti, quo astringendi sunt duo notarii a dominis praesidentibus deputandi. utriusque rei datae sunt schedae Protestantibus, qui super iis deliberantes altero die per Bucerum longa oratione petierunt omnia conscribi colloquii acta per notarios binos ab utraque parte deputandos. nos autem Catholici praeter eos quos deputaturi sunt domini praesidentes, non alios petimus notarios neque e re pacis et concordiae esse putamus ut omnia conscribantur, tum quia multum temporis ad hoc requiratur, tum quia taediosum ac difficile foret imperatori et statibus imperii tam longa scripta referre. malleus igitur circa singulos articulos primum expedite et libera voce cum adversariis modeste ac pacifice disceptare ac demum, ubi concordare non possemus, potiores scripturas et rationes nostras in scriptis tradere breviter, ut commode referri possint coram imperatore et statibus. adversarii autem, qui in odium concilii generalis quaerunt prolongare tempus colloquii, pertinaciter petunt duos e parte sua notarios, per quos possint principes suos de singulis certiores facere. at domini praesidentes objecerunt eis quod mens imperatoris et tenor imperialis recessus Wormaciensis requirant ut relatio primum fiat imperatori et statibus. post variam igitur interlocationem permittere quidem volunt domini praesidentes (quia nulla alia ratione progressum colloquii fieri posse vident) ut Protestantes unum aut duos habeant e suis notarios, qui simul cum aliis duobus notariis acta conscribant, sed ea lege ut ejusmodi scripta non remaneant in manibus eorum, sed quotidie post finem colloquii conferant inter sese scripta sua notarii et mox collatione facta tradant praesidentibus ut illi omnia retineant clausa et serata usque ad relationem imperatori et statibus faciendam. de hac conditione nunc bidui spacium ad deliberandum petierunt Protestantes. quid responsuri sint, nondum scio. putabam profecto nullam prorsus fore difficultatem de notariis, quum formula juramenti tantam prae se ferat aequitatem et cautelam ut neutra partium justam possit de ea querelam aut exceptionem habere.

Haec sunt R^{mo} domine quae de colloquio hoc R^{mae} Dⁿⁱ referenda esse putavi, quibus addo duas schedas, unam personarum, alteram articulorum, unde plenius intelligatur id negotii. Bucerum anno superiore tres evulgaverat libros teuthonice ad imperatorem regemque et status imperii, quibus verbose suadebat non generale, sed nationale celebrandum esse concilium. contra cujus consilium scripsi ad status catholicos epistolam latine, quae publice lecta fuit coram omnibus promiscue considentibus imperii statibus. nactus itaque illius epistolae copiam Bucerus integro contra eam

libro prolixè disseruit. cui et ego jamdudum respondi. librum tamen excusum supprimo adhuc, ne videar spem pacis et concordiae (quae ex colloquio vane ut vereor expectatur) praecidere aut colloquium impedire. boni precor consulat R^{ma} D. T. hanc meam prolixitatem. arbitror enim e re concilii esse ut vos domini legati qualemcunque habeatis cognitionem eorum quae in colloquio isto aguntur. rogaverim tamen suppliciter ut non evulgetur passim haec a me scripta esse, ne forte sinistra de memoriatur suspicio.

Bittet um Empfehlung an die Kardinäle Farnese Mantua Ardinghella und Modena.

Ex Ratisbona prima die februarii 1546.

R^{me} domine. post scriptas has literas vocati sumus hoc mane ad dominos praesidentes, qui retulerunt nobis Protestantes velle pro suis personis conditionem supradictam acceptare; si tamen eorum principes reclamarent, ipsis non integrum fore conditioni stare. volunt ergo ut scripta a notariis retineantur clausa a dominis praesidentibus usque ad relationem imperatori faciendam. nobis quoque liberum erit pari ratione unum e nostris adhibere notarium. si autem Caesar prohibuerit notariis uti aut omnia scribi, nos ejus mandatis obtemperabimus, quicquid dicturi aut facturi sint Protestantes.

88. Cochlaeus an [Cervini]: Fortgang des Religionsgesprächs, auf das jedoch die Katholiken keine großen Hoffnungen setzen. 1546 Februar 21 Regensburg.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 104—105, gleichz. Abschr. ohne Adresse.

S. Misi nuper die tertio februarii bene magnum fasciculum literarum hinc Tillingam, ut inde mitteretur ulterius Tridentum ad R^{mam} Dominationem Tuam tanquam ad benignissimum dominum et patronum meum. nunc certum oportune nactus nuncium doctorem Sigismundum Timgrum, R^{mi} domini mei episcopi Eystetensis consiliarium, iterum scribo ut R^{mam} D. T. certiore faciam super iis quae hic aguntur in colloquio. rogo igitur suppliciter ut R^{ma} D. T. gratiose in bonam partem accipiat. etenim die quinta februarii ceptum est agi super articulo de justificatione (nam prioribus diebus contentio fuit de modo procedendi et scribendi). volebant domini praesidentes et nos ut amice ac familiariter disceptaretur ab utraque parte sine scripto (id enim doctissimus vir

1) Das scheint erst am 20. Februar geschehen zu sein: s. v. Druffel, Karl V. und die römische Kurie IV, S. 94 (538), Nr. 32.

dominus Petrus Malvenda dicebat placere Caesari), ut rebus hinc inde pensitatis breviter annotarent duo notarii dominorum praesidentium in quo partes concordarent et in quo discordarent. at Protestantes nequaquam in hoc consentire volebant. extorserunt itaque ut omnia scribantur et quidem a tribus notariis, quorum unus esset praesidentium, alter Catholicorum, tertius Protestantium. nos itaque die 5 februarii per dominum Malvendam doctissimum virum proposuimus summam doctrinae catholicae de justificatione; altero die coeperunt Protestantes per suum Bucerum respondere et extenderunt negotium partim scriptis exhibitis, partim dictationibus prolixis per quatuor dies. deinde nos quoque per quatuor dies ad eorum scripta et dictata respondimus. nunc ipsi rursus scribunt, dictant et omni astu atque malicia utuntur, nescio quot diebus id extracturi sint. in summa res ipsa probat R^{mae} D. T. sententiam fuisse meliorem, ut omisso colloquio tota religionis causa committeretur generali concilio. sed quis persuadebit praetermissis hominibus istis ut generali concilio sese subjiciant? perdimus itaque inaniter tantum temporis, tam multos graves labores et sumptus. spero tamen, ubi Caesar advenerit (quem ad 15 martii affuturum esse dicunt), brevi finem colloquio huic impositum iri. quanto mitius et modestius nos agimus, tanto ferocius et malignius cristas erigunt adversarii. timeo igitur totam Germaniam extremis fore periculis obnoxiam. R^{ma} D. T. gratiose in bonam partem accipiat oro et R^{mis} ac Ill^{mis} dominis cardinalibus Farnesio, de Monte, Anglico, Tridentino et Romae Sadoletto, Bembo, Mantuano, item et Mutinensi, clementissimis dominis meis data oportunitate parvitatem meam commendare dignetur.

Addo quaedam scripta quae colloquium concernunt, et librum R. d. Philippi Archinti, quem denuo excudi curavi. Der Bischof von Eichstädt, der molestissimis hujus colloquii curis invitatus nunc premitur, empfiehlt sich.

Ex Ratisbona 21 die februarii 1546.

R^{mo} domine. quanquam domini praesidentes improbitate et contumacia Protestantium coacti sunt permittere ut omnia scribantur in colloquio, obtinuerunt tamen ut acta non debeant communicari aut evulgari aliis, antequam referantur ad Caesaream Majestatem et ad status imperii. itaque includuntur in cistam, quae tres habet seras et tres claves; sed nihil proderit (ut vereor) haec cautela et custodia, nam nos collocutores quoque scribimus, ut ad singula possimus utrinque respondere. in summa non habeo magnam spem de prospero hujus colloquii successu. Deus det meliora quam ego spero.

Wird nächstens ausführlich dem Kardinal Ardinghello schreiben.
Datum ut supra in literis.

89. Cervino an Cochlaeus: Antwort auf Briefe vom 8. und 20. Januar. Stand der Dinge am Konzil. 1546 März 1 Trient.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 109, Konzept; in verso: 1546 Trento. al Cochleo allo primo de marzo ¹.

Binas a te accepi literas, unas quidem 8, alteras vero 20 januarii datas ². cardinali Polo, archiepiscopo Armacano, fratri Ambrosio Catharino, quas ad eos dabas, ipsis reddendas curavi. Carolo Capellio, cum primum non defuerit tabellarius cui recte committantur, suas quoque Venetiis tradendas curabo. ad cardinales etiam Sadoletum, Moronum binas alteras Romam misi; libros quidem adhuc apud me habeo, sed eos mittam propediem cum meis literis, quibus te illis et cardinali etiam Bembo commendabo.

Petri olim abbatis Cluniacensis opera cum aliquot divi Bernardi opusculis a te esse in lucem edita lubens audii. quod si hi et alii tui libri huc venales mitterentur, id omnibus valde gratum futurum esset. ego quidem certe quod ad me attinet velim ut unum saltem Cluniacensis illius abbatis librum archiepiscopo Rossano ³, qui propediem isthic futurus est, meo nomine tradas, qui ut huc ad me mittatur facile providebit. quod colloqui progressum ad eum usque diem quo tuae literae datae sunt, exposuisti, gratum mihi fecisti. quod si ea etiam quae deinceps gerentur ordine omnia perscriberis, erit quoque id mihi gratum, licet Caesareae Majestatis adventus sit paulo post, ut speratur, futurae dietae initium allaturus.

Nos ⁴ cepto operi instamus et jam symbolum fidei, quod totius pietatis christianaesque religionis est fundamentum, proxima sessione confessi, de libris sacris tam veteris quam novi testamenti

1) Laut Nr. 90 war der Brief vom 28. Februar.

2) Am gleichen ersten März benachrichtigte Cervino den Kardinal von Augsburg, dafs er dessen Brief vom 20. Februar (s. v. Druffel, Karl V. und die römische Kurie, Abt. IV, Nr. 32) und dabei ein plico del Cocleo erhalten habe. Es ist auffallend, dafs bei diesem plico nicht auch Nr. 86 war, welche, laut Nr. 87, ebenfalls durch den Kardinal von Augsburg befördert wurde. Konzept in Florenz Carte Cervin. filza 18 fol. 71.

3) D. i. der Nuntius Verallo, der mit dem Kaiser in Regensburg erwartet wurde.

4) An den Kardinal von Augsburg schrieb Cervino im erwähnten gleichzeitigen Brief: Noi qui andiamo tuttavia inanzi, congiungendo i dogmi con la reformatione. essi [= si è] già nelle congregazioni appuntata la receptione de libri sacri et della traditione delli apostoli. due principii necessarii a tutte le conclusioni che s'haranno a trattare in questo loco. volendo procedere ordinatamente et con methodo. s'attenderà hora a purgare li abusi che occorranno circa la scrittura in diversi modi per poter dare le cose pure et munde senza superfluità o superstitione, in modo che ognuno veda qual sia la verità delle cose.

et traditionibus apostolicis, quae (ut scis) scriptis minime mandatae sunt, tractare aggressi sumus in iisque maturo iudicio perpendendis et examinandis versamur, hoc sedulo interim agentes ut si quid erroris aut corruptelae (quod multis modis evenisse potest ex ipsarum forte scripturarum abusu) apparuerit, id totum amputetur ac reseceatur. hoc enim nostrum est institutum ut simul cum decretis ac dogmatibus morum quoque et lapsae disciplinae reformatio conjunctim procedat. quod quidem Deo volente recte successurum spero, maxime si Christus sua ineffabili benignitate concesserit ut inter christianos principes pax conservetur. Francorum qui hic erant episcopi, non recesserunt, quinimo heri ex Gallia eis significatum est permultos alios adventare regemque Christ^{mm} oratorem suum, quem ad concilium mitteret, designasse eumque cum magna doctorum virorum multitudine iter mox in-
iturum esse. vale. Tridenti.

90. Cochlaeus an Cervini: Freude über dessen Brief. Stillstand am Kolloquium. Einsendung einer Schrift. Entfernung des Bischofs von Eichstädt aus Regensburg. Bestrafung eines Katholiken daselbst. Evangelische Predigten. Thätigkeit der katholischen Kolloquenten. Abreise der evangelischen. Claudius Jajus. 1546 März 21 Regensburg.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 111, eigenh. Orig.; dazu fol. 117—120 4 Zettel, eigenhändig.

S. Literas R^{mae} Dominationis Tuae datas Tridenti ultima februarii tempestive accepi hic studio ac beneficio R^{mi} domini cardinalis et episcopi Augustensis die 16 martii, pro quibus sane quam devotissime amplissimas gratias ago et habeo. in multis enim laetificaverunt animam meam, quae malignitate horum temporum multum contristari solet. timebam autem ne forte aegre tulisset R^{ma} D. T. importunitatem meam in fasce grandiori tot literarum et libellorum, quod certe haud injuria facere potuisset. ab eo autem timore levaverunt me jam clementer literae tuae. quod autem de progressu concilii tam certa per literas tuas argumenta recepi, singulare gaudium est non mihi modo, sed aliis quoque permultis, quibus hoc partim retuli hic ore, partim scriptis indicavi iis qui procul sunt et de concilii progressu hactenus vehementer solliciti fuerunt.

De nostro hic colloquio nihil habeo novi quod scribam. nuper enim quinta martii scripsi quod nunc omnino silet, eo quod Protestantium pars non vult acquiescere declarationi Caesareae Majestatis, quae a dominis praesidentibus nuper 26 die februarii publice utrique parti proposita et recitata fuit, cujus copiam me nuper misisse arbitror. quod si eam non recepit R^{ma} D. T.

mitto eam nunc rursus cum responsione nostra ad dominum Claudium Jajum, qui has reddet literas. non ausim enim nimium gravare R^{mam} T. D. supervacaneis scriptis. quoniam vero R^{ma} D. T. scribit in proxima sessione tractandum esse de libris sacris, visum est mihi mittere nunc libellum meum, quem de novis ex hebraeo translationibus inscripsi, qui nonnihil iisce de rebus continet. R^{ma} D. T. gratiose in bonam (precor) partem accipere dignetur.

R^{mus} dominus meus episcopus Eystetensis domum reversus est cum suis, donec novum veniat huc a Caesarea Majestate de colloquio rescriptum. mandavit autem Caesarea Majestas singulis principibus ut personaliter hic comparerent ad 15 martii. at nemo adhuc comparuit neque comparebunt multi, antequam audierint personaliter adesse ipsum Caesarem. et senatus hic interim ante triduum fecit atrocem executionem contra quandam Catholicum, bonum virum et ministrum abbatissae superioris monasterii, qui propter nescio quae verba (non sunt enim publicata) est publice virgis caesus per lictorem a praetorio usque ad portam civitatis et proscriptus ad perpetuum exilium, licet domini praesidentes colloqui, dominus Julius Pflug electus et confirmatus Numbergensis episcopus et dominus Fridericus comes a Furstenberg, sedulo ac serio apud senatum pro eo intercessissent. nimis sane confuse et promiscue hic agitur. Lutherani tribus in locis suos habent concionatores, nempe in nova ecclesia, quae expulsis ante viginti annos Judaeis in honorem b. Virginis aedificata est in eo loco ubi prius synagoga fuit; nunc abjecta b. Virginis imagine, quae ante quinque annos adhuc erecta stabat, facta est domus illa spelunca Lutheranorum. qui et in duobus monasteriis amplis, Praedicatorum scilicet et Minorum, suos habent concionatores et in quadragesima nunc nuptias publice cum timpanis et choreis peragunt: usque adeo nullus est respectus aut metus antiquae reverentiae!

Nos catholici colloctores, cum domini praesidentes nollent contra declarationem Caesaris quicquam in colloquio agere, obtulimus quidem nos cum adversa parte scriptis interim agere privatim super propositis a Caesarea Majestate articulis. illi autem adversarii neque verbis neque scriptis volunt agere nobiscum, nisi praesentes sint domini praesidentes. ne vero prorsus ociosi essemus interea, convenimus inter nos ut quilibet domi expenderet articulum de justificatione et scripto sententiam suam post triduum declararet in congregatione nostra. factum itaque est hoc semel, sed res visa est excrescere pro ingeniorum varietate in immensum. quidam enim valde prolixè scripserant, quidam non absolverant opus coeptum atque ita intermittitur et iste labor nescio quam diu. ego breviorè in medium attuli conceptum,

cujus copiam nunc mitto. R^{ma} D. T. gratiose accipiat precor in bonum haec omnia et oportunitate oblata commendet quaeso labores et studia mea summo pontifici et colendissimis patronis meis dominis cardinalibus, ubi gratam putaverit mei commendationem fore. Antworten und Sendungen erreichen ihn durch den Kardinal von Augsburg wie auch durch den Bischof von Eichstädt.

Ex Ratisbona die 21 martii 1546.

Scriptis jam literis accepi Saxones, qui ab electore Saxoniae ad colloquium huc missi fuerant, hesterno vespere hinc discessisse; arbitror et alios Protestantium similiter discessuros esse. nos hic Caesarem expectabimus.

Addo historiam de obitu Lutheri, quam ex teuthonico transtulit amanuensis meus, excerptam ex epistola d. Jonae, quam mox post excessum Lutheri scripsit ad electorem Saxoniae.

[Zettel.] 1. Eben kommt der Augustinerprovinzial und meldet, daß Bucer letzte Mitternacht davongegangen ist. si ita est, ridiculum erit hoc colloquium et meum ludibrium. datum ut supra in literis [Rifs im Papier] martii.

2. Der Überbringer ist ein hervorragender Theologe, den der Erzbischof von Trier zum Konzil schickt, qui theologus interfuit hic nostro colloquio, ex quo plura perscrutari poterit R^{ma} D. T. ¹.

3. Cochlaeus schickt nach Rom bestimmte Briefe, die er durch Verallo befördern könnte, lieber an Cervino, ut per hoc habeat R^{ma} D. T. occasionem commendandae parvitat^{is} meae.

4. Bittet zu sorgen, daß, was er über das Kolloquium geschrieben, nicht als von ihm herrührend am Kaiserhofe bekannt werde.

91. Cochlaeus an Cervino: Ankunft des Kaisers. Anwesende Fürsten. Die Flucht der protestantischen Kolloquenten. Der Brudermord zu Neuburg. Auf den Kaiser gesetzte Hoffnungen. Der Kardinal von Augsburg. Übersendung der eigenen Schriften des letzten Jahres. Klagen über den Drucker. Behem. Plan einer systematischen Edition seiner Schriften. Unterstützung jüngerer Gelehrten. 1546 April 16 Regensburg.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 115, eigenh. Orig.

S. Novissimas R^{mae} Dominationis Tuae literas datas Tridenti 12 martii recepi hic debita cum reverentia et hilaritate 19 ejusdem mensis per quendam fratrem s. Francisci natione Danum,

1) Ambrosius Pelargus, dessen Abgang nach Trient sich freilich verzögerte, s. u. S. 611 Anm. 1.

quibus erant adjunctae literae tum ad R^{mum} dominum archiepiscopum Rossanensem, tum ad R. d. episcopum Eystetensem, quas paulo post reddidi eisdem. Caesarea Majestas advenit huc 10 die aprilis vespere in sabbato et mox altero die venit in majorem ecclesiam celebri cum comitatu suorum. ex Germaniae autem principibus nemo aderat praeterquam R^{mus} dominus meus episcopus Eystetensis et Rev. d. Julius electus et confirmatus Numbergensis atque etiam pius et illustris comes Fridericus a Furstenberg. cantata itaque est missa per sacellanos et cantores Caesareae Majestatis solenniter. de colloquio autem nostro etsi nihil gloriandum est, eo quod concordiae fructum assecuti non sumus, gaudeo tamen potiore inde factam esse partem nostram, quia pars adversa tam turpiter multa cum confusione sui discessit et Caesareae Majestatis neque rescriptum neque adventum expectare voluit, idque fecit contra propria promissa sua. etenim Saxones ab electore Saxoniae missi abierunt primi die 20 martii sub vesperum inclinata jam die, quod ego altero die post prandium primum audivi; timens itaque ne Bucerus quoque sic abiret, mox ad dominos praesidentes scripsi literas, ut cum ipsorum scitu et consensu liceret mihi Bucero per notarium et testes insinuare meam contra se voluntatem ad experiendum de jure inter nos hic antequam discederet. sed antequam illi mihi darent responsum, jam abierat Bucerus quoque noctu, ut fertur, et subsequenter abierunt etiam alii qui a lantravio Hassiae et ab aliis missi fuerant, uno excepto Schnepio, qui diutius remansit; abiit tamen et ille tandem. accidit paulo post tragicum quoddam Neuburgi, ubi erat quidam Hispanus Bucero addictissimus, quem frater suus multis vicibus mitissime dehortatus fuit ut ab haeresi desisteret. cum autem videret illum pertinacissime obstinatum, ita ut Buceri libros etiam in hispanicam linguam transferre cogitaret, abiit frater et servus ejus haeticum illum interfecit. contra hoc facinus magnus est clamor Protestantium; aliorum autem non est idem judicium. quid inde futurum sit, Deus scit.

De Caesarea Majestate optime speramus quod de caetero aliter in religionis negotio sit acturus. audivit sane clementer et dominos praesidentes et nos quatuor collocutores a Majestate ejus constitutos. R^{mus} dominus cardinalis et episcopus Augustensis Caesaris jussu Monachium profectus [est] ad Ill^{mum} ducem Bavariae Wilhelmum aegrotantem et venit inde huc die 14 aprilis, quem hac hora visitarunt illustris dominus de Granvella et filius ejus R^{mus} dominus episcopus Atrebatensis.

Caeterum de libellis meis ad R^{mam} D. T. mittendis recepi hoc mane responsum a R^{mo} domino Rossanensi, quod hodie oportunitatem habeat transmittendi. mitto itaque diversa opuscula intra unius anni spacium a me aedita, licet negligentius quam

velim a typographo excusa. attamen non modico eum juvi subsidio, quod et antea aliquando R^{mae} D. T. conquerendo scripsi. certe in parata pecunia diversis vicibus recepit a me 330 florenos Rhenenses, de quibus adhuc nihil reddidit nisi aliquot exemplaria quae amicis donavi. addidi etiam hoc anno 10 flo. et septem taleros, quos promittebat statim reddere neque tamen reddidit. intendo igitur affinem meum Franciscum Behem typographum, qui Moguntiae ad s. Victorem in rure moratur, adjuvare melius, ut is possit opuscula mea in certos tomos aut classes digerenda diligentius atque ornatus excudere, maxime propter Gallos et inferioris Germaniae populos. quapropter plurimas ago habeoque gratias Amplitudini Tuae, quod dignata est me antiquis patronis et dominis meis commendare et libellos illis dedicatos transmittere. vellem equidem libenter juvare et alios quosdam fideles et ingeniosos juvenes ac viros, ut strenue pro catholica fide mecum fatigare se non recusent. certe duos hic foveo expensis meis satis ingeniosos et ad laborandum promptos. sunt et alii qui modicis a me munusculis illecti poterunt utiliter pro fide suam impendere operam. mitto itaque nunc tres articulos cujusdam doctissimi viri, qui germanice centum edidit contra famosos haereticorum libellos. hos breviter transtulit in latinum unus meorum amanuensium et intendo procurare ut totus liber latinus fiat. hic egregie concionatur Rev. pater Joannes Hofmeisterus, provincialis Augustinensium, multo (ut spes est) cum fructu.

Empfiehl sich R^{mis} dominis legatis collegis tuis, quibus nuper scripsi.

Bene valeat R^{ma} D. T. gratiose memor mei et libellorum meorum, ut cum fructu possint rectius et elegantius excudi in unum corpus bono ordine redacti, id quod nemo fidelius facturum est unquam in Germania quam egomet ipse, si Deus senectae meae tantas concesserit vires.

Ex Ratispona die 16 aprilis 1546.

92. Cochlaeus an Cervino: Brief an Kardinal Monte.

Fernerer Briefwechsel mit genannten Kardinalen über die geplante Gesamtedition seiner Schriften. Entwickelt deren Plan und wünscht zu wissen, ob Cervino die Sache für nützlich erachtet. Angebliche Indiskretionen des Cochlaeus. 1546 April 30 Regensburg.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 122, eigenh. Orig.

S. Intellexi ex literis Rev. patris Ambrosii Catharini et magistri Claudii ¹⁾ gratiose acceptam fuisse R^{mo} domino cardinali de

1) Jajus s. o. Nr. 90.

Monte collegae tuo legato etc. epistolam meam, de quo sane gaudeo, quia metuebam ne forte ab ignoto scriptam inter tot occupationes publicas gratam non esset habiturus. caeterum ad R^{mam} D. T. misi oportune per quendam episcopum, qui hic apud R^{mm} dominum Rossanensem erat, aliquot ex libellis meis nunc mitto literas ad tres in urbe cardinales, ad quos prae caeteris refugium habeo, et indico eis intentionem meam de excudendis aliquando variis opusculis meis, quorum maxima pars est de causa fidei et religionis per annos 25 variis occasionibus aedita. sed antea, quando Bononiae agebam ante annos 30, scripsi septem querelas in Justinianum imperatorem ¹, quas nondum aedidi propter invectivaram asperitatem, de quibus nunc nonnihil scribo R^{mis} cardinalibus Farnesio, de Monte et Ardinghello. R^{mo} autem patrono domino cardinali Sadoletto respondeo ad binas ipsius literas gratiosissime pariter et elegantissime scriptas, quarum me dignum non reputo, et mitto ei cujusdam libelli principium et finem quem ante annos centum scripsit quidam Bohemus. scripsi ego ante annos 12 libros 12 de rebus Hussitarum, qui nondum sunt aediti, et collegi quorundam Bohemorum opuscula quaedam, quae simul adjuncta meis 12 libris possent justum facere volumen. sed et querelae septem et duo in autenticas Justiniani opuscula, quae partim Bononiae partim Romae scripsi, quorum unum est paraphrasis, alterum epitome in quatuor libros divisa, possent aliud complere volumen. ea vero quae de fide et religione sunt, vix poterunt uno comprehendi volumine. haec est summa laborum quos ad proximi utilitatem scripsi et rectius excudi velim, ut in publico aliquem facerent post obitum meum fructum. nisi autem ego ipse hujus rei curam in me suscipiam, nemo post mortem meam in alienis laboribus tantam curam laboremque suscipiet in se, ut taceam interim quod onus impensarum et corrigendi operam nullus perferre velit. atque sic dicere possem cum sancto patre Abraham: domine quid dabis mihi? ego vadam absque liberis etc. non enim alios habeo liberos quam opuscula illa meo parata labore. haec summatim insinuo R^{mae} D. T., ut clementer in medium consulere dignetur. si nulla sit inde speranda utilitas aut nullus fructus, melius erit ab eo labore quiescere et Deo sancta devotione servire; si autem possit ad proximos inde fructus aliquis enasci, ego labores subire non recusarem.

De colloquio nostro nihil quod scribam habeo. delatus sum (ut audio) Illustri domino de Granvella quod ad quosdam in concilio contra silentii fidem de colloqui actis scripserim. quod si mihi quicquam dicturus est, respondebo me domino Claudio misisse primam propositionem et decem articulos de justificatione per d.

1) Vgl. Gef's a. a. O. S. 4.

Malvendam propositos, quod et verum est, idque fecerim et in illius laudem et in consolationem proximi. sed id secreto scriptum sit. de silentio nihil certi statutum fuit, quia pars adversa nolebat silentium promittere neque item juramentum a nobis exactum fuit, et illi decem articuli Wittenbergae impressi sunt et disputati per contrarios eorum articulos. nihil itaque periculi fore spero. bene valeat etc.

Ex Ratisbona ultima die aprilis 1546¹.

93. Cervino an Cochlaeus. 1546 Mai 3 Trient.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 123, Konzept.

Hat dessen Briefe vom 21. März und 16. April erhalten. Was die deutschen Dinge angeht, so glaubt er nicht ullam aut honestiorem aut tutiorem rationem iniri posse ea quae in concilio generali convocando et celebrando est inita.

Dankt für die am 16. April mitgesandten Schriften. Die für die Kardinäle Sadolet, Bembo und Morone bestimmten sind diesen richtig zugekommen.

Über die Vorgänge am Konzil wird Verallo ihn unterrichten. Tridenti die 3 maji 1546.

94. Cochlaeus an Cervino: Übersendet Schriften. Die von den Schmalkaldenern ihren Bundesgenossen auferlegten Kontributionen. Anwesende und erwartete Fürsten. Gerücht vom Kommen des Kardinals Farnese. 1546 Mai 17 Regensburg.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 124, eigenh. Orig.

S. Hesterno vespere literas R^{mae} Dominationis Tuae datas Tridenti 3 die maji recepi . . . nec habeo nunc multam rescribendi necessitatem, nisi quod duo brevia mitto scripta et tertium mittet R^{mus} dominus nuncius apostolicus archiepiscopus Rosanensis etc., cui illud tradidi, ut et ipse legeret ac R^{mae} D. T. mitteret a me translatum e germanico quod Rev. d. episcopus Hildesheimensis mihi communicaverat. de contributione quam Protestantes assignasse dicuntur, nescio quid dicam². forsitan

1) Gleichzeitig schrieb der Bischof von Eichstädt an Cervino. Über das Kolloquium verweist er auf den mündlichen Bericht des Überbringers Ambrosius Pelargus, welcher den Erzbischof von Trier auf dem Kolloquium vertreten hatte und jetzt für den nämlichen als Vertreter zum Konzil geht. Carte Cervin. filza 42 fol. 19, Orig.

2) Vgl. Carte Cervin. filza 25 nr. 81^b: Verzeichnis der von den Evangelischen in Frankfurt (Ende 1545) beschlossenen Kontributionen, welche die einzelnen Bundesglieder zu erlegen haben, mit Überschrift von der Hand des Cochlaeus: 'Ex literis suffraganei Eystetensis ad Johannem Cochlaeum.'

facta est (quod tamen non puto) ad ostentandum suam potentiam contra imperatorem, et tamen ea contributio mihi modica res fore videretur pro bello contra tam potentem principem gerendo. multum sane timent et merito, in multis enim excesserunt. an huc venturi sint personaliter illi Smalcaldiani, nondum pro certo affirmare ausim. advenerunt quidem duo marchiones Brandenburgenses Joannes et Albertus¹, et adveniet brevi dux Saxoniae Mauricius. at isti quamquam sunt Lutherani, in foedere tamen Smalcaldiano non sunt. fama est hic R^{mam} et Ill^{mm} dominum cardinalem Farnesium vicecancellarium etc. brevi huc venturum esse. id si fiet, spero R^{mam} D. T. gratiosam mei commendationem apud illius Celsitudinem facturam esse

Ex Ratispona die 17 maji 1546.

R^{mos} et Ill^{mos} dominos cardinales collegas R^{mae} D. T. optime valere opto et eis parvitatem meam commendari precor.

95. Cervino an Cochlaeus. 1546 Mai 19 Trient.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 125, Konzept.

Hat nr. 92 durch Ambrosius Pelargus erhalten. Dupliziert nr. 93, acturus tecum pluribus cum per adversam valetudinem, qua nunc nonnihil laboro, mihi licuerit.

Tridenti die 19 maji 1546.

96. Cervino an Cochlaeus. [1546 Juni] Trient.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 126, Konzept.

Erhielt nr. 94 am 31. Mai. Wird Cochlaeus dem Kardinal Farnese empfohlen, wenn dieser auf der Reise nach Deutschland Trient passiert.

Tridenti.

97. Cochlaeus an Cervino: Beginn des Reichstags. Abschluss der Commentaria de actis et scriptis Lutheri. Tendenz dieses Werkes. Katholische Darstellung des Religionsgespräches. K. Ferdinand und Königin Anna. 1546 Juni 11 Regensburg.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 127 (irrtümlich 123),
eigenh. Orig.

Briefe vom 3. und 19. Mai erhalten; bedauert Cervinos Unwohlsein und macht sich Sorgen, weil keine weiteren Briefe angelangt sind.

1) Ersterer der Bruder des Kurfürsten Joachim (Johann von Küstrin), der andere Albrecht Alcibiades von Kulmbach.

Inchoata jam sunt imperii publica negocia die sexta hujus mensis, sabbato post ascensionis festum, decantata prius missa publica in majore ecclesia praesentibus Caesare regeque et multis principibus. ego aliquot diebus fui occupatus in colligendo compendio de actis et sceleribus Lutheri per singulos annos, procedens nempe ab anno 17, quando coepit, usque ad annum hunc 46, quando finivit. anni ultimi materiam nunc mitto R^{mae} D. T.; multi namque mendaciorum libri circumferuntur teuthonice, quibus in caelum attolitur sanctitas Lutheri. nunc autem quoniam et de colloquio hic habito multa a Lutheranis sparguntur mendacia, intra paucos dies edetur vera narratio, quam ego hisce diebus in germanicum versurus sum Deo propicio. bene valeat R^{ma} D. T. et gratiose rescribere dignetur quid de compendio meo, cujus ultimam partem nunc mitto, sentiat aut judicet, quod et collegis suis (si non displicuerit omnino) ostendere dignetur. extraxi sane ea potissimum quae in odium notorii et malissimi haeretici lectorem trahere videntur. iterum valeat R^{ma} D. T., clementissime domine promotor et patrone.

Ex Ratisbona die 11 junii 1546. hodie adventura est regina uxor Ferdinandi regis, qui festinantius huc advenit 27 maji, intra 5 dies e Vratislavia profectus.

98. Cochlaeus an Cervino: die Narratio de actis colloquii. Krieg in Sicht. Feuersbrunst. Cochlaeus soll als Vertreter der Bischöfe von Eichstädt, Meissen und Breslau zum Konzil gehen. Lage der beiden letzteren. Wird in 2 Tagen nach Eichstädt zurückgehen. Die Commentarii de Luthero. 1546 Juli 4 Regensburg.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 128, eigenh. Orig.

S. Multo jam tempore nihil literarum e Tridento recepi et ego jam domum redire in Eystet desidero nactus abeundi licentiam, postquam narrationem de actis colloquii ex latino in germanicum transtuli. latina sane narratio jam impressa est Ingolstadii. cras teuthonica quoque ibidem incipietur ab eodem typographo, qui per triennium tam multos mihi libellos impressit ¹.

Magna hic atque adeo per totam Germaniam fama est de bellico apparatu Caesaris, quem Deus bene prosperare dignetur. Lutherani variis suspicionibus agitantur metu perculsi. haec nox incendio terribilis nobis fuit; nam dum abbatia s. Jacobi tota confligaret, non longe aberat aedes sacra, in quam deposuerat Caesar ingentem vim pulveris tormentarii, cui a proprinquis timebatur ignibus ².

1) D. i. Alexander Weifsenhorn, s. oben Nr. 76.

2) Vgl. v. Druffel, Des Viglius von Zwichem Tagebuch, S. 25 u. 34.

R^{mus} dominus meus episcopus Eystetensis intendit me Tridentum mittere post aestatis calores. duo quoque alii episcopi, Misnensis et Vratislaviensis, patroni mei, quia personaliter comparere non possunt, cupiunt per me tanquam per legitimum procuratorem suum excusari a crimine contumaciae. supplico igitur eorum nomine humillime ac devotissime R^{ma} D. T. dignetur eos habere commendatos et excusatos, donec ego Deo propicio prolixè referre queam justas et necessarias absentiae eorum causas. Misnensis totus fere a Lutheranis oppressus est, ut vix ausit castrum suum¹ exire. Vratislaviensis² quoque totam fere diocesim suam haeresibus infectam habet atque etiam a Ser^{mo} rege Romanorum injunctum sibi habet grave officium supremi capitaneatus per utramque Slesiam, per quod sane habet aliquid autoritatis, ne ausint eum Lutherani opprimere, sicut multis faciunt.

Post biduum hinc abire ac domum redire intendo Deo propicio. Briefe und Sendungen werden ihn durch den Kardinal von Augsburg sowie durch Verallo erreichen. Bitte um Empfehlung an die Konzilslegaten. de omnium vestrum diligentia studioque, et pietate quae ex quartae sessionis decretis elucet, plurimum gaudeo et Deum precor ut ita pergatis foeliciter usque ad consummationem operis tam sancti ac necessarii.

Ex Ratispona die 4 julii 1546³.

Libellus quem nuper scripsi de actis Lutheri ab anno 1517 usque ad annum 1546, multis placet et eis consultum videtur ut germanicum quoque eum faciam.

99. Kardinal Farnese an Cochlaeus. 1546 September 18
Ingolstadt.

Aus Bibl. Vat. cod. Vat. 4103 fol. 141^a, stark korrigiertes Konzept.

Dankt in den schmeichelhaftesten Ausdrücken für einen Brief des Cochlaeus und dessen ihm für seine Genesung sowie für den günstigen Verlauf des Krieges ausgesprochene Wünsche; er hofft, der Krieg wird günstig ausgehen et sane ejusmodi ut quam cogitare te significas ad posteritatis memoriam et exemplum edere historiam, magnopere possit illustrare.

Fordert Cochlaeus auf, ihm häufiger zu schreiben; hofft in ruhigeren Zeiten Gelegenheit zu finden, ihm ferner nützlich zu sein.

1) Der Bischof (Johann VIII. von Maltitz 1538—1549) pflegte in Stolpen, unweit Bautzen, zu residieren.

2) Balthasar von Promnitz 1539—1562.

3) Über des Cochlaeus Rückkehr aus Regensburg nach Eichstädt und seine Bedrängnisse in den ersten Monaten des Krieges s. Epistolae ad Nauseam, p. 410 sq. (aus Eichstädt 18. Januar 1547).

Dem Überbringer nonnulla commisi, quae cum eujusmodi sint ex eo cognoveris, habebis facile quid eis respondeas qui pontificis militibus summa calumnia aliena crimina objiciunt¹. vale.

Ingolstadio 14 kalendas octobres 1546.

100. Cochlaeus an Kardinal Farnese: die päpstlicherseits gewährten Indulgenzen und deren voraussichtlicher Nutzen im gegenwärtigen Kriege. Eine anonyme Schrift über den letzteren in Briefform. Die kaiserliche Deklaration wider die Rebellen. Eine Neubearbeitung der Schrift Luthers wider die auführerischen Bauern. Cochlaeus' Plan der Veranstaltung einer Gesamtausgabe seiner Streitschriften. 1546 September 25 Eichstädt.

Aus Neapel Gr. Archivio Carte Farnes. fasc. 692, eigenh. Orig.

R^{mo} domine, Illustriss. princeps, patrone clementissime salutem. quanquam gratiosissime rescripsit mihi nuper R^{ma} et Ill^{ma} Celsitudo Tua atque etiam ad saepe scribendum . . . me invitavit, trepide tamen id facio

Lator praesentium, famulus meus², ex Ingolstadio huc rediit die 21 septembris, afferens mihi tum a R^{mo} domino Rossanensi, nuncio apostolico etc., copiam indulgentiarum recens publicatarum in urbe, tum libellos aliquot germanicos a typographo meo. indulgentias desyderabam hic ad populum publicari, sed absente R^{mo} domino meo episcopo Eystetensi non fuit publicandi oportunitas. ego scriptum istud a latino in germanicum verti, ut sacris virginibus praecipue communicare possim; quarum devotioni et ad Deum precibus multum sane tribuo et spero per eas non minus quam per milites imperatorem nostrum in hoc bello tam sancto et necessario auxilium a Deo habiturum esse. multum enim valet apud Deum deprecatio justi assidua. unus erat homo Moyses, qui orans in monte plus ad victoriam contulit quam Josua cum sexcentis milibus pugnatorum. et unus homo erat Helias, qui oratione plus potuit quam rex Achab cum totius regni sui potentia. quid non speremus de precibus tot monachorum monialiumque per tot regna et provincias, quibus indulgentiae istae comitabuntur? ego certe plurimum per eorum preces de victoria spei praesumo. gaudeo itaque et maxime probo salutarem hanc summi pontificis provisionem, qua de caelestibus armis imperatori nostro procurat ejusque tam honorificam in eo scripto mentionem tam vere quam merito facit.

1) Über diesen Punkt verbreitet sich Farnese näher in einem Schreiben vom gleichen Datum an den Bischof von Eichstädt: Konzept ebendasselbst fol. 141^b—142^a.

2) Vgl. Nr. 102.

Caeterum ex germanico transtuli in latinum quandam epistolam H. S., nescio cujus authoris (ita namque invaluit sectae procacitas ut bonis viris fere prohibitum sit patenter veritatem loqui aut scribere), in qua sane narrantur multa quae ad rem oportune hoc tempore facere videntur; eam itaque nunc R^{mae} et Ill^{mae} Celsitudini Tuae mitto legendum. gefällt sie, so mag er sie auch dem Papste oder den Konzilslegaten u. s. w. übersenden ¹.

Sollte Farnese die deutsche Erklärung des Kaisers gegen die beiden Rebellen noch nicht in lateinischer Übersetzung besitzen, so wird Cochlaeus sie gern übersetzen.

Est et alius quidam nescio quis Germanus, qui curavit quandam Lutheri libellum contra rusticorum tumultum olim aeditum iterum excudi ac publicari. cui adjecit quandam praefationem glossulasque aliquatenus acres et postea prolixiorum admonitionem, omnia germanice. ego cum in illo tumultu exulare Coloniae, contra Lutheri libellum et germanice et latine respondi et scelera rusticorum in Lutherum retorsi. quoniam vero nunc eadem scelera committunt confoederati Smalcaldiani, libellum Lutheri totum ex germanico versum Celsitudini Tuae transcriptum mitto; ex meo quoque libello aliquot reversionis particulas exeribi curavi, quibus et novas incogniti authoris glossulas interpraetatos adjunxi; sed et praefationem ejus ex parte transtuli, ut R^{ma} et Ill^{ma} Celsitudo Tua, cui non minima est hujus belli cura injuncta, eo certius clariusque cognoscat quid seditionis his Protestantibus jure objici queat et debeat.

Glaubt im Kampfe wider die Ketzler durch nichts in höherem Grade nützen zu können als durch Veranstaltung einer Gesamtausgabe seiner Streitschriften, sei es in Italien oder in Frankreich.

Ex Eystet die 25 septembris anno domini 1546.

101. Cochlaeus an Antonio Elio ². 1546 November 11
Eichstädt.

Aus Parma Arch. di Stato Carteggio Farnesiano, eigenh. Orig. (Anrede: Rev. ac magnifice domine Heli, patrone plurimum venerande).

Hat Farneses letzten, von Elio geschriebenen Brief vom 4. Oktober erhalten. Ist in großer Sorge um Farneses Befinden; bewundert den Papst, der den Enkel trotz dessen schwankender

1) Die Schrift findet sich, von der Hand des Cochlaeus, im cod. Vat. 6380, unter der Überschrift Epistola H. S. ad amicum quandam in Caesareae Majestatis castris constitutum, in qua sane breve commemorantur causae propter quas Caesarea Majestas coacta est hoc suscipere bellum.

2) Sekretär des Kardinals Farnese während dessen Legation in Deutschland.

Gesundheit so großen Gefahren und Beschwerden ausgesetzt hat; vergleicht beide mit Abraham und Isaak. Schickt den Überbringer dieses zu Einziehung von Erkundigungen über Farnese nach München¹, von wo ihm am 24. Oktober Jodocus Hoetfilter geschrieben hat, daß der Legat bis Aich gekommen sei, dort aber auf Rat der Ärzte Halt gemacht habe. Elio möge ihm ein paar Zeilen über Farnese schreiben.

Empfiehlt seinen Famulus für eine kleine Pfründe (*sacerdotium*), *quo et sua studia ad tempus prosequi et inde pauperum matrem cum parvulis suis sancte sustentare posset. domini Fuggeri fovet aliquos adolescentes in litterarum studiis aere suo. puer iste per me notus jam pridem est magnifico domino Antonio Fuggero ante biennium Augustae factus, et hoc anno commendavi eum magnifico domino Joanni Jacobo Fuggero Ratisponae, qui gratiose promisit; sed haec rerum turbatio non sinit me nunc apud illos instare. confidit puer plurimum de gratia et humanitate erga se tua.*

Ex Eystet die 11 novembris 1546.

102. Cochlaeus an Antonio Elio: weshalb er nicht vor Farneses Aufbruch zum zweitenmal ins Feldlager geschickt hat. Empfehlung seines Famulus Johann Jakob Kuchner für ein Benefiz. Der Krieg. Cochlaeus' Plan der Veranstaltung einer Gesamtausgabe seiner Streitschriften. 1547 Januar 5 Eichstädt.

Aus Neapel Gr. Archivio Carte Farnes. fasc. 722, eigenh. Orig.

S. p. magnifice domine secretarie, patrone pietissime. magna tenet me poenitudo quod adolescentem famulum meum ex castris ad me reversum non misi denuo, antequam discessistis et in Italiam rediistis deterrebant me pericula non solum viarum, sed etiam castrorum. narrabat enim puer quod noctu aliquando periculose ex tentoriis vestris pervenisset ad tentoria R^{mi} domini nuncii; cumque mater ejus, quae in substantia nihil habet nisi septem proles, maximam spem repositam habeat in hoc suo filio, non audebam eum amplius periculis exponere. scripsi autem ad Magnificentiam Tuam litteras, quando eravatis in via versus Monachium e castris², sed eas reportavit nuncius; quas nunc si licet

1) Cochlaeus erwähnt hier in Parenthese, daß am 22. Joannes Paulus Ptolomaeus in München gestorben sei. Über diesen vermerkt der ungenannte Verfasser von *Ephemerides vel diaria rerum insignium quae acciderunt pontificatibus Clementis VII et Pauli III*, im Cod. Vat. 6978: Die 5 novembris 1546 Romae fama fuit Joannem Paulum Ptolomaeum, auditorem rotae, virum alioqui acri ingenio, verum corruptibilitate obnoxium, qui Germaniam una cum cardinali Farnesio petierat, naturae concessisse.

2) Nr. 101.

mitto, ut intelligat Magnificentia Tua me non fuisse penitus immemorem humanitatis tuae, de qua puer tam multa mihi retulit.

Vacarunt interim hic duae bonae vicariae per obitum dominorum sacerdotum. quod si puer habuisset gratiam expectativam, unam ex iis potuisset obtinere, et sic perpetuo fuisset optime provisum non ei solum, sed etiam matri ejus cum parvulis et pauper-culis prolibus, ut saltem hinc certam habuissent habitationem. alteram ex iis vicariis contulistis vos in castris ad instantiam R^{mi} domini mei episcopi Eystetensis triduo post pueri mei e castris reditum. quodsi Magnificentia Tua cupiat ei adhuc aliquid procurare, nomen est ei Johannes Jacobus Kuchner, clericus Eystetensis diocesis. multum profecto sperat de tua benivolentia et humanitate et satis docile habet ingenium, qui multum posset proficere in litterarum studio, nisi obstaret paupertas.

De foelici successu rerum bellicarum per Caesaream Majestatem arbitror vobis omnia certius constare quam mihi, qui privatim hic ago orationibus quidem et sacrificiis ad Deum pro summis ecclesiae capitibus, labore autem et stylo contra haereticos. cupio enim omnia scripta mea in unum redigere opus, quae intra 26 annos variis occasionibus contra novas sectas partim latine partim teuthonice scripsi. at nemo praeter me ipsum vellet in eo opere labores et impensas subire. certe gravi hic peste laboratum est per aliquot menses; eram itaque sollicitus de mea vita, non tam propter me quam propter eum laborem quem ecclesiae utilem fore spero post mortem meam. Elio möge ihn dem Papste oder dem Kardinal Farnese empfehlen, ut eorum provisione possim opus intentum in ipsorum perpetuam memoriam et ad communem ecclesiae utilitatem vel in Italia vel in Gallia perficere; in Germania enim nunc ita turbata sunt omnia ut non possit mihi oportunitas esse ad epud illud perficiendum. non libenter differo diutius, quia senex sum et timeo ne mors me abripiat antequam compleatur quod intendo.

Ex Eystet die quinta januarii a Christo nato anno 1547.

103. Cochlaeus an Farnese: Plan einer Gesamtausgabe seiner Schriften in lateinischer Sprache. Hoffnung auf eine Gewährung einer Pension als Beihilfe zu den Kosten der Sache. 1547 Januar 21 Eichstädt.

Aus Neapel Grande Archivio Carte Farnesiam fasc. 739, eigenh. Orig.

Schrieb zuletzt am 5. d. und schickte den Brief an den Kardinal von Augsburg, der aber inzwischen aus Nördlingen sich nach Speier begeben hat. Schreibt jetzt aufs neue, nachdem Ambrosius von Gumpfenberg, päpstlicher Kommissar, ihm von Ingolstadt aus angeboten hat, seine Briefe mit zu besorgen.

Summa igitur intentionis meae, de qua scribendum puto, haec est. dum nemo ad generale concilium me mittit et variis interim subjaceo periculis atque etiam senectus ipsa quotidianum secum affert vitae periculum, constitui et decrevi apud me ipsum, cuncta mea opuscula in unum opus redigere et in lucem dare latine, quaecumque in Lutherum inque complices ejus intra 26 annos partim latine partim germanice scripsi. in quam sane rem hic toto fere hujus gravissimi belli tempore (contemptis necessario et ab hostibus et a peste periculis) sedule incubui atque adhuc incubo ob multas profecto rationes quas pias et justas fore puto, eam sane potissime quod post obitum meum nemo in alieno labore suam gratis velit impartiri operam; secundo quod nemo sic cognitas habet causas et occasiones, propter quas scripsi, sicut ego habeo; tertio quod neminem scio qui sic perpetuo per 26 annos teuthonice atque latine pro Romana ecclesia et fide catholica tam multa contra has sectas novas scripsit totque labores et impensas huic negotio impendit homo privatus, ut ego feci (absit jactantia); quarto quod malignitate Lutheranorum neglectim et mendose impressa fuerunt opuscula mea magna ex parte, quae velim correctius imprimi denuo, eaque omnia latine propter reliquas nationes Germaniae linguae ignaras. quantum igitur in me est, totum offero in honorem sanctae sedis apostolicae atque in decus et memoriam Farnesiorum, quorum ope et auspicio rem Deo propicio aggredi et perficere velim. quod si in Italia huic rei perficiendae nulla detur opportunitas, ausim senile hoc corpusculum una cum libellis meis in Gallias hujus rei gratia transferre. R^{mae} igitur et Ill^{mae} Cels. tuae hac de re clementissime voluntatem et responsum, velut oraculum quoddam, devotissime expectabo, supplicissime orans ut aliquid detur. esset quidem ad eam rem pro sumptibus perferendis oportuna atque etiam necessaria pensio centum florenorum, quam scripserunt nonnulli assignatam mihi esse a San^{mo} domino nostro papa, tua maxime intercessione; sed pro ea consequenda nequaquam ita sollicitus existo sicut pro complendo hoc ante mortem meam labore. nihil enim habeo quod utilius aut honestius sacrae Romanae ecclesiae post me relinquere possim. bene valeat R^{ma} et Ill^{ma} Celsitudo tua

Ex Eystet die 21 januarii 1547.

Entschuldigt sich, daß er an den Papst, sowie an die Kardinäle Cervino, Pole, Ardinghello und Sadolet nicht schreibe. Grüßt den Sekretär Antonio Elio.

104. Cochlaeus an Cervino: Freude über die Abweisung aller Neuerungen in den Konzilsdekreten. Absicht die eigenen, sowie fremde antilutherische Streitschriften gesammelt und neu

bearbeitet herauszugeben. Kardinal Farnese. Befinden des Kardinals Pole. Schrift über Papst Honorius I. Bischof Moritz von Eichstädt. Die Siege des Kaisers. 1547 März 29 Eichstädt.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 136, eigenh. Orig.

S. Merito potest R^{ma} devotio tua aegre ferre adeo tardum istuc meum adventum, quo delusi sunt complures magni viri, quorum conspectu et alloquio quamquam mihi desyderatissimo frui hactenus non licuit mihi, ex ea praecipue (ut vereor) causa quod dignus illis coram Deo non fui. neque opus fuit me interesse illorum consiliis. decreta enim eorum per sancti spiritus illustrationem ita exacte, pie ac solide posita sunt ut nemo qui veterum decreta legit, possit in iisce quicquam desyderare. magno itaque cum gaudio legi decreta et canones sessionis sive quintae, ut arbitror, sive sextae de justificatione, quae habita fuit die 13 januarii¹. quid vero decretum sit in ea quae 3 marcii habita est², nondum vidi quicquam. nihil tamen dubito ea non minus pia et solida esse quam sunt ea quae praecesserunt. verebar equidem ne forte circa puncta justificationis novi aliquid admisceretur, quod ex fermento sectarum esset suggestum. etenim duo vidi exemplaria et ambo dicebant sextae sessionis decreta esse. ego tamen nihil prorsus vidi post quartam sessionem³ quam hanc desyderatissimam de justificatione resolutionem, quam spiritus sanctus singulari gracia conservavit immunem a curiosis quorundam novitatibus, quibus etiam magni quidam viri erant obnoxii. gaudeo igitur et Deo gratias ago quod novis illorum imaginationibus praeclusa jam via est.

Quod vero ad me privatim attinet . . . cupio . . . hanc ultimam aetatis meae partem totam in hoc impendere ut ecclesiae fideliter serviisse aut servire voluisse videar. ad hoc sane desiderium adimplendum haec mihi potissime offertur via ut et aliorum et mea scripta, quibus asseritur contra haereticorum calumnias ecclesiae autoritas et fidei veritas, elegantius emendatiusque in lucem proferantur. quantis autem curis laboribusque et impensis ea res me oneratura sit, Deus novit. certe neque pauca neque parva sunt quae ad posteros, ut a Lutheri fermentis caveant, referre intendo. quodsi nusquam in Germania ad eam rem mihi data fuerit oportunitas, aut in Italiam aut in Gallias transferre ejus rei gratia senile hoc corpusculum decrevi, maxime propter

1) Es war die sechste Sitzung, in der das Dekret über die Justifikation promulgiert wurde, s. die Canones et decreta conc. Trid.

2) Siebente Sitzung; sie promulgierte das Decretum de sacramentis, s. ebenda.

3) 8. April 1546.

duo insignia opuscula doctissimi cujusdam juris consulti¹, quorum unum est de caerimoniis ecclesiae, alterum de haeticis, quod sex bene longos complectitur libros. harum rerum equidem plenior aut magis ordinatam ac planam resolutionem antea non vidi. si putassem R^{mm} et Ill^{mm} dominum cardinalem Farnesium, clementissimum ac beneficentissimum patronum, tam cito abiturum esse ex castris Caesareae Majestatis, procul dubio vel ore vel scripto Celsitudinem ejus de illo proposito meo informatus fueram. scripsi interim nonnihil ea de re ad eundem; sed an literae fideliter sint redditae, hactenus intelligere non potui. quod igitur antea persaepe rogavi, suppliciter iterum iterumque rogo, ut R^{ma} D. T. Ill^{mae} Celsitudini ejus uno saltem verbo commendare dignetur, ut qui florentem aetatis meae partem per 26 annos perpetuo in laboribus adversus s. Romanae ecclesiae hostes contrivi, ultimam quoque vitae meae partem utiliter eidem studio impendam. sum praeterea vehementer sollicitus de valetudine R^{mi} ac Ill^{mi} domini cardinalis Poli Anglici, cujus nomen non video adjunctum circa decreta de justificatione; acceperam enim ex aliorum antea literis quod secesserat Patavium curandae valetudinis gratia. R^{mo} praeterea cardinali de Monte legato etc. misi ante annum parvum libellum, in quo pro Honorio I papa contra sextae synodi decreta (quae impressa sunt) disceptavi. an viderit aut receperit ille, nescio. R^{ma} D. T. dignetur me suppliciter commendatam reddere similiter et R^{mo} atque Ill^{mo} domino cardinali Tridentino, domino meo clementissimo.

Ex Eystet die 29 martii anno domini 1547.

R^{mus} dominus et patronus meus episcopus Eystetensis post multas tribulationes, in quibus longo tempore absens fuit, rediit nuper huc dominica laetare² et hodie iterum abiit versus Nurembergam, ut invisat ibi Caesaream Majestatem, quae hactenus spe majores habuit tanto in bello per Dei gratiam successus. faxit Deus ut haec suprema duo capita, Paulus III pontifex et Carolus V imperator, nobis diu in prospera valetudine conserventur, a quibus post Deum tota vita salusque universi cleri Germaniae dependet. R^{mus} dominus meus concordiam tandem iniit cum suo adversario super praepositura³. ego utrique congratulor.

1) Dr. Konrad Braun (s. Allg. Deutsche Biogr. Bd. III, S. 271, und Paulus, Dr. Konrad Braun, ein kathol. Rechtsgelehrter des 16. Jahrh., in Histor. Jahrb. XIV, S. 517, bzw. S. 534 ff.); vgl. Nr. 105, sowie den Brief des Cochlaeus an Julius Pflug 21. Februar 1547, bei Cyprianus Tabular. eccl. Rom., p. 529.

2) 20. März.

3) Vgl. Cochlaeus an Pflug 17. März, im Tabular. eccl. Rom., p. 534.

105. Cochlaeus an Cervino: Sehnsucht nach Ruhe. Ver-eitelte Hoffnung zum Konzil zu gehen. Verlängerter Auf-enthalt in Eichstädt. Absicht vor der Neubearbeitung der eigenen Schriften die Werke Konrad Brauns herauszugeben. Geldmittel dazu. Die beiden andern Konzilslegaten. 1547 Oktober 15 Eichstädt.

Aus Florenz Carte Cerviniane filza 40 fol. 138, eigenh. Orig.

S. Satis constare arbitror R^{mae} D. T. de meo erga sedem apo-stolicam studio fideque et labore per annos jam 27 perpetuos. nunc exhausti corpusculi vires et senectae diversa incommoda requirunt ut una adhuc saltem cura absoluta demum aliquando revertar Vratislaviam et cures ea quae privatim ad senectae meae quietem et sustentationem pertinere visa fuerint. quod igitur ad concilium generale attinet, in magna semper fui expectatione ac animi praeparatione ad comparandum Tridenti et ejus rei gratia anno 1543 exivi Vratislaviam et curru processi usque Campidunum, ubi vidi 15 die julii praeterire cum exercitu Caesarem Maje-statem, ut non esset mihi locus amplius per Alpes progrediendi. et anno 1546 reversus a Ratispona hic sedulo expectavi, quando abire me Tridentum juberet R^{mus} dominus meus episcopus Ey-stetensis. unde factum fuit ut de rebus domesticis nihil in tem-pore disponere potuerim et hoc anno 1547 certo decreveram hinc migrare Moguntiam, ut curarem imprimi et in publicum evulgari doctissima quaedam scripta d. Conradi Bruni pro fide et religione catholica, eo scribendi genere comportata quale hactenus per 28 annos hujus dissidii a nullo alio aeditum vidi. sed jussit me hic subsistere R^{mus} dominus meus propter indictam a Caesarea Maje-state dietam imperialem ad Augustam; quoniam vero et illic nihil hactenus efficaciter pro restituenda nobis fide et religione catholica conclusum et effectum esse audio, taedet me morae, eo quod jam senex sum et timeo ne mors me abripiat antequam perficiam opus quod intendo.

Quid autem intendam, R^{ma} D. T. ex adjunctis duobus quater-nionibus ¹ intelligere poterit. si quod meum est quaererem, de meis potius opusculis, quomodo in unum volumen conjungi pos-sint, quam de aliorum scriptis forem sollicitus. jam vero decrevi omnem peculii mei substanciam in hoc expendere ut d. Bruni opera primum aedantur et Moguntiae quidem, ubi et commodius imprimi et lacius in orbem dispergi poterunt quam hic aut

1) Laut Nr. 106 waren es Proben aus den Werken des Konrad Braun, und zwar wohl ein Kapitel aus dem Traktat de Imaginibus nebst einem Verzeichnis der übrigen Schriften Brauns (Paulus a. a. O., S. 535).

Ingolstadii. deinde si quid ex venditis recuperari poterit, mea quoque opuscula in praelum dare constitui. de his omnibus nemo mihi ne unam quidem literulam ex universa Italia rescribere dignatur, neque ego scire possum ubinam agant nunc s. sedis apostolicae legati et caeteri patres qui in concilio legitime congregati fuerunt. Tuam igitur R^{mam} D. suppliciter oro ut apud s. sedem apostolicam (pro cuius honore et autoritate tot annis non parvo et labore et impensarum onere studia mea impendi) tua promotione adhuc semel commendare dignetur conatus meos in aedendis tam piis ac eruditis et contra haereticorum calumnias hoc tempore adeo necessariis libris, qui procul dubio in futuris saeculis apud posteros quoque pro veritate et sedis apostolicae autoritate utiles erunt, ut absque confusione atque incommodocoepta perficere queam. habeo quidem jam in hoc opus apud me collectos 600 florenos Rhenenses ex peculio meo atque etiam centum ex ultronea collatione ipsius auctoris; sed anxie timeo eam pecuniam suffecturam non esse ad opus complendum; timeo item ne mors me intercipiat et post me non sit alius qui sic in opus alienum quantumvis eruditum et utile tantum laboris curarumque et impensarum convertere velit. si ergo sedes apostolica unquam cogitavit in meos labores pietatis et clementiae suae oculis respicere, ut nunc faciat supplicissime oro. si enim in his conatibus meis desertus et frustratus fuero, quaeram mihi deinceps quietiorem Vratislaviae residentiam, protestaturus coram Deo et hominibus quod facere voluerim quantum in me fuerit.

Bene valeat R^{ma} D. T. et sua commendatione inveniatur mihi precor alium Ardingellum . . . quod si adhuc vivunt ac valent amplissimi duo patres legati et collegae R^{mae} D. T., ut opto ac spero, id sane imprimis ex R^{mae} D. T. literis rescire desidero et me illis humilime commendari peto. vehementer enim de cardinalis Poli (quem e vobis valetudinis causa discessisse audivi) incolumitate sollicitus existo.

Ex Eystet die 15 octobris 1547.

106. Cervino an Cochlaeus. 1547 November 7 [Bologna].

Erhielt Nr. 105; kann nach den ihm übersandten Bruchstücken kein sicheres Urteil über die Schriften des Dr. Braun fallen; doch hat ihm gefallen, was er davon gelesen, und er wird sich bemühen Cochlaeus einige Unterstützung für den Druck zuteil werden zu lassen.

Kardinal Monte befindet sich hier beim Bologneser Konzil; Pole ist noch in Rom, aber bereits hergestellt a catarro qui ei in humero insederat.

107. Cochlaeus an Cervino: neue Editionspläne. Franz Behem; Familienverhältnisse. Druckkosten. Getäuschte Hoffnungen auf Pründen oder Pensionen, die Cochlaeus lediglich erstrebt, um für Kirche und Religion wirken zu können. Ausharren in Mainz. Beilagen dieses Schreibens. Bitte um Antwort. 1548 April 29 S. Victor bei Mainz.

Aus Florenz Carte Cerviniane fol. 40 fol. 145. 146, eigenh. Orig.;
Unterschrift (statt des Namens): N, cujus manum probe novit
R^{ma} D. T.

S. Haberm profecto multa quae libenter vel scribere vel mittere vellem, si nihil a perditione aut interceptione literarum timendum esset propter iniquitatem horum temporum. tamen mittam et scribam quaedam, licet non absque metu periculi. inprimis mitto catalogum capitulorum ex 23 libris cujusdam doctissimi hominis ¹, qui olim Coloniae ² mihi coetaneus atque condiscipulus fuit, qui tamen non est per omnia syncere catholicus, graece et latine egregie doctus, conversatione solitarius velut monachus, cum sit sacerdos secularis in rure ex tenuissimo saerdotiolo victitans, literis perpetuo deditus mirabili sane instituto, quippe cum mecum ageret Coloniae in universitate, noctem vertebat in diem utpote tota nocte vigilans et legens, interdium vero dormiens. at mihi nunc minus familiaris, quia judicat me nimium esse papistam. ego tamen per alium bonum amicum, civem honestum (qui similiter mihi Coloniae olim condiscipulus ac velut frater intimus fuit) sollicite insto ut persuadeat illi tradere eos libros in manus meas, ut antequam evulgentur, examinentur a theologis Coloniensibus. quid efficere per eum possim (qui certe magna apud eum auctoritate est), nondum scio. videbit R^{ma} D. T. quam ampla sit eorum librorum materia multarumque rerum et historiarum varium ac multijugum argumentum. magnam profecto sperarem ex ipsis libris utilitatem, si pro libitu meo aedere possem absque permixtione reprobendorum, quae bonis admixta esse timeo, quamquam non dubito eum novis sectis in quamplurimis fortiter adversari.

Sunt et alii quidam docti homines, quorum opera utiliter evulgari possent, si prius examinarentur si non a tota facultate theologica, saltem a parvitate mea. quare decrevi ante obitum meum parare pro Catholicis fidelem et in officina sua bene instructum typographum, quo uti possemus contra quaslibet sectas. cui ego ante 13 annos tradidi in uxorem Dresdae sub dace Georgio unam ex neptibus meis (nam una sororum mearum quinque filias

1) Vgl. die folgenden Stücke.

2) Über den Aufenthalt des C. in Köln (1504—1510) s. Otto, S. 5 ff.

duosque filios pauperula post mortem suam curae meae reliquit), ex qua ille 8 proles procreavit. inter quos quinque filii (sed parvuli) adhuc superstites sunt, quorum ultimus nuper 13 die aprilis genitus est. huic igitur affini meo persuasi post obitum ducis Georgis fel. re. laudatissimi principis ut e Dresda transmigraret huc ad Moguntiam factus novicius impressor. cumque esset pauper et aliis pro mercede imprimeret, adjuvi eum qualibuscunque interdum ex tenuitate mea subsidiis, donec tandem nonnihil pecuniae nactus coepi cogitare quomodo per omnia fidelem nobis Catholicis praeparare possim typographum. unde factum est ut relicta ad tempus residentia Eystatensi huc me cum tota substantia paratae pecuniae receperim. putabam vero me per 600 florenas Rhenenses (quorum tres valent duo scuta italica) in parata pecunia multum efficere posse. et rem hic alacriter aggressus emi papyrum et typographo praemiseram nonnihil pecuniae ad praeparanda alia necessaria. video tamen rem fore longe supra vires meas, si nulla sublevaverint me subsidia. bone Deus, vacarunt per 28 annos (tot enim ego perpetuo contra novas sectas fideliter laboravi non absque magnis periculis et laboribus aliisque vexationibus) tot tamque pingues ecclesiarum per omnem Germaniam praepositurae, quae absque contradictione spectaverunt ad collationem sedis apostolicae: neque tamen ulla intercessionem aut commendationem etiam summorum virorum legatorum et nunciorum apostolicorum (quibus mea fides fidelitasque perspectae fuerunt) effici potuit ut vel minima ex omnibus tam multis conferretur mihi, qui non per avariciam ad comoda propria, sed per zelum fidei catholicae ad publicae causae religionis defensionem proventibus hujusmodi praepositurae uti volebam. interim vero talibus permultis collatae fuerunt qui aut nihil curae aut compassionis habuerunt de omnibus injuriis quae per novarum sectarum impietates et petulantias illatae fuerunt s. sedi apostolicae et s. Romanae ecclesiae, matri omnium ecclesiarum, earum maxime quas ipsi per evangelium generavit Christo in Germania, aut certe graviter scandalizaverunt bonos improba vita, aut etiam occulte ex bonis ecclesiarum perniciosissimos ecclesiae hostes juverunt et aluerunt.

Einzig Kardinal Alexander ¹ Farnese hat ihm sowohl früher eine Pension von 100 Gulden aus den Gefällen der Würzburger Dompropstei angewiesen, als auch neuerdings eine Pension in gleicher Höhe auf die Propstei S. Johannis Novimonasterii, ebenfalls in Würzburg; letztere aber ist durch eine Pension für Ambrosius von Gumpfenberg übermächtig beschwert, und außerdem ist von einem Kölner ein Prozeß über die nämliche anhängig gemacht, so daß Cochlaeus inbetreff ihrer alle Hoffnung aufgegeben hat.

1) Der Name ganz in Majuskeln.

Ostendi quidem meum de edendis doctissimi viri d. Conradī Bruni jurisconsulti operibus (quae contra praesentis temporis haereses utilissima fore spero) propositum multis et magnis episcopis atque praelatis tunc Romae et Bononiae congregatis, tunc etiam Augustae imperialem conventum celebrantibus; nemo tamen ex omnibus illis vel unum quatinus hactenus conferre dignatus est praeter unicum episcopum Labacensem¹, omnibus aliis pauperiorem (ni fallor), qui ultro, non rogatus a me, ex mera pietate misit mihi 21 taleros, id est 16 scuta italiana. nisi quod proxime elapsis diebus consolatoriam recepi epistolam Bononiae 26 martii datam a R^{mo} domino archiepiscopo Upsalensi Gotho², qui scribit se gratiosum pro me recepisse a R^{ma} D. T. responsum 20 martii, de qua sane spe consolor me ipsum inter tam gravia curarum laborumque et impensarum onera, quae mea sponte in bonum ecclesiae in humeros meos suscepi, qui alioquin possem Dei benignitate absque omni necessitatis indigentia tranquille vivere in residentia pacifica sive in Eystat sive Vratislaviae, ubi pii et catholici canonici reditum meum ita desiderant ut offerant mihi fidelissimum et mihi probe notum vectorem, qui ipsorum expensis me Vratislaviam reducere debeat. ego autem hujus propositi mei executionem omnibus privatis commodis meis longe antepono, quod vel ex eo cognoscere poterit R^{ma} D. T. quod nuper jussu Regiae Majestatis Augustam hinc vocatus me anxie ac diligenter per literas ad R^{mm} dominum episcopum Labacensem jam dictum excusavi, et ne videar fingere aliquid, ipsius epistolae exemplum R^{ma} D. T. nunc simul mitto³, ex qua et coepti negotii mei qualitatem certius intelligere poterit R^{ma} D. T. addo et aliam schedam per 7 puncta, in quibus causam propositi mei clarius expressi; aliam item, ex qua intelliget R^{ma} D. T. quid de libris d. Bruni sperandum sit⁴. item arcum unum papyri impressae, ex qua cognoscat R^{ma} D. T. et meam diligentiam in corrigendo et typographi fidele studium in imprimendis dicti d. Bruni operibus⁵.

1) Urban Textor 1544—1558.

2) Olaus Magnus, nomineller Erzbischof von Upsala 1544—1558.

3) Findet sich nicht; ebenso wenig die gleich erwähnten Beilagen (doch s. Anm. 5).

4) Vgl. die folgende Anmerkung.

5) Anfang 1548 hatte Cochlaeus Fragmente bzw. Auszüge aus den Schriften Brauns de legationibus, de caeremoniis und de haereticis veröffentlicht. Vgl. Paulus, S. 535 f. sowie die neuerdings von Dziatzko in Beiträge zur Kenntnis des Schrift-, Buch- und Bibliothekwesens, Heft 3, S. 9 f. abgedruckte Zusammenstellung über die von den einzelnen Buchhändlern abgesetzten Exemplare der drei Excerpte. Diese Zusammenstellung bildete wohl eine der Beilagen des vorstehenden Schreibens; Cervino scheint sie dann nach Rom geschickt zu haben; oder aber Cochlaeus schickte dasselbe Stück ebenfalls an Farnese oder eine andere Persönlichkeit in Rom.

addo denique quaedam verba Joannis Calvini, quibus malignissime traducit acta et decreta concilii Tridentini; postremo et partem cujusdam epistolae meae adjicio non sine multo periculi timore, ex qua intelliget R^{ma} D. T. in secreto quid sentiam de novis in Augusta tractatibus. intelligenti satis dictum esse puto. caeterum de libris, ubi impressi fuerint, in Italiam quoque mittendis spero me commode bonam viam mittendi inventurum esse, si vixero. rogo autem ut R^{ma} D. T. gratiose pro bonitate sua commendatum habeat typographum hunc meum etiam post obitum meum, de probitate enim et bona atque sincera fide ejus nihil prorsus dubito. Bittet um Empfehlung an Morone.

Ex castello s. Victoris prope Moguncium die 29 aprilis 1548.

Suppliciter peto clemens et gratiosum responsum cito, unde cognoscam hunc literarum fasciculum fideliter redditum esse. poterit enim ex Augusta huc ad me mitti responsum fideliter per R^{mm} dominum episcopum Hildesheimensem vel per R^{mm} et Ill^{mm} archiepiscopum Moguntinum principem electorem vel per Rev. d. Michaelen¹ ejus suffraganeum.

108. Cervino an Cochlaeus. 1548 Juni 18 Rom.

Aus Florenz Carte Cerviniane filza 40 fol. 147. Konz.

Erhielt die Sendung vom 29. April und las die capita quae 23 libris Joannis Philoponii² continentur. Staunt über Belesenheit und Fleiß des Autors, hat aber gegen den Inhalt einige Bedenken und hält eine Prüfung durch bewährte Dogmatiker vor der Veröffentlichung für unerläßlich. Fragt, ob Autor die von ihm zitierten Märtyrergeschichten des Eusebius selbst vor sich gehabt habe oder sie nur aus der Erwähnung bei Hieronymus und Gregorius kenne.

Hofft dem Cochlaeus ein Subsidium, um welches er sich schon lange bemüht, bald zukommen lassen zu können. Einen Drucker für die katholischen Autoren zu bestellen, hält er für sehr nützlich. Wünscht Cochläus noch langes Leben zum Nutzen der ecclesia laborans. Erwartet die Schriften Brauns und die übrigen.

109. Cochlaeus an Cervini: Philoponus; ein anderer katholischer, auch nicht unverdächtiger Autor. Schlechte Verwendung der kirchlichen Pfründen. Fortgang der Arbeiten an der Heraus-

1) Helling.

2) Philoponus war der Beiname eines Alexandrinischen Philosophen Johannes im 7. Jahrhundert, hier offenbar Pseudonym für jenen Kölner Mitschüler des Cochläus.

gabe der Werke Brauns. Knappheit der Mittel. Resignation der Eichstädter Pfründe durch Cochlaeus. Die Lutheraner und das Interim. 1548 August 7 S. Victor bei Mainz.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 148, eigenh. Orig.

Dankt für nr. 108, die er am 23. Juli erhielt; ist über die Schriften des Philoponius ganz der Ansicht Cervinos. *rescripsit mihi alius interea communis olim ipsius et meus sodalis et condiscipulus, hominem heteroclitici (ut ajunt) capitis esse et inconstantis animi, qui nunc aedere, nunc locupletare, nunc Vulcano tradere velit hoc opus suum; in secreto tamen agam si forte possim opus illud periculosum (ut timeo) ad proprias manus acquirere, ne forte tradatur aliquando ecclesiae hostibus. non puto hominem habere aut usquam vidisse opus illud antiquum Eusebii Caesariensis de martyribus. fuit autem mirabilis et curiosus ab antiquo, noctem literis, diem somno impendens. est alius quoque homo egregie doctus illo ut aetate major, ita et disciplinarum varietate copiosior, a cujus libris nondum aeditis non nihil timeo et per amicos in secreto procurare ac satagere studeo ut exhibeantur Catholicis antequam evulgentur. habet quidem multa hoc tempore ingenia non vulgaria in literis Germania, sed plerumque turbida et maledictis atque calumniis Lutheri ejusque complicum contra sedem apostolicam exasperata, atque etiam ignavia et negligentia nostrorum opulentorum praelatorum (qui pingues potius praebendas quam scholas aut literas respiciunt) ab ecclesiae institutis abhorrentia, quorum merito in conferendis ecclesiarum sacerdotiis justior posset haberi ratio . . .*

Ego gravissimum nunc perfero onus impensarum circa aedenda doctissimi viri d. Conradi Bruni opera ¹ . . . et per hyemem perferendum mihi erit hoc impensarum onus, eo quod ex venditione librorum in proximo mercatu Francfordiensi exposita pecunia recuperari non possit, cum consuetum ibi sit in creditum tradere bibliopolis exemplaria usque in alterum mercatum.

Evocavit me nuper 10 die julii per literas hinc R^{mus} dominus meus episcopus Eystetensis ex Augusta domum reversus; ego autem cum parere hac vice non possim, mitto ad eum instrumentum resignationis, ut alteri conferat. ego enim post absolutum hoc negocium potero redire (ut cupio) Vratislaviam ad canonicatum meum, unde vivere possim. resigno autem praebendam Eystetensem optima (ut arbitror) intentione, ut deinceps nihil timere habeat dominus meus a Lutheranis propter ulla scripta mea, quia amplius ille nihil potestatis aut jurisdictionis in meam personam habiturus

1) Vgl. über die durch Cochlaeus nunmehr vollständig veröffentlichten Werke Brauns Paulus, S. 536f.

est, propter quam possent illi adversus eum aliquid moliri aut attentare. mitto nunc R^{mae} D. T. titulos trium operum d. Bruni, quae hoc septembri Francfordiae aedentur; ipsa opera mittam ubi completa fuerint. ego gravissimis certe nunc premor et laboribus corrigendi indicesque colligendi et impensarum onere sub tribus typographi praelis. mitto et responsum Phil. Melanchthonis, quod ille duci Mauritio teuthonice scripsisse fertur super libro quem Interim vocant¹. et audio nunc aliquot libellos Lutheranorum contra eundem librum parari. si vixero per hyemem, meliora quaedam et d. Bruni et aliorum aedere intendo, dummodo impensarum onus mihi non obstiterit aut corporis infirmitas.

Bittet um Empfehlung an Farnese, welcher ihm ohne Schwierigkeit helfen könne, an den Erzbischof von Upsala und die Bischöfe von Minori², Archinto von Saluzzo³, Maffeo von Massa⁴ und den Elekten Hoetfilter von Lübeck, durch welchen letzteren er Cervinos Brief erhalten.

Ex castello s. Victoris prope Moguntia in agro die 7 augusti 1548.

110. Bischof Aluigi Lippomano von Verona Nuntius⁵ an Cochlaeus: Unwille des Kaisers wegen Fortsetzung der Polemik gegen die Lutheraner. 1549 Juni 3 Brüssel.

Auszug in Florenz Carte Cerviniane filza 40 fol. 149, gleichz. Abschrift, mit Überschrift von Cochlaeus' Hand.

Puer tuus redditit mihi literas abs te datas Moguntiae 4 calendis majas una cum libro quem transmisisti. gratias ago et de visitatione per literas et de munere. lectis tuis diligentius decrevi cum R^{mo} domino Atrebatensi, Majestatis Caesareae secretario⁶, de persona tua prolixum sermonem habere, quo te Caesari ex bono corde commendarem, ut in hos sumptus quos facis, aliquid opis impenderet. quod et feci. inveni autem eum non ita coeptis tuis faventem, sed potius aliquantulum incusantem quod contra edictum Caesaris in ultimo recessu Augustae editum, ne de caetero tam adversarii quam Catholici scriberent, quo omnis controversiarum tolleretur materia, Paternitas Tua scripserit scribatque

1) Corpus Reformat. vol. VI, p. 924sqq.

2) Ambrosius Catharinus 1546—1552. Über einen Brief dieses an Cochlaeus vom 25. April 1548 s. Paulus, S. 536, 2.

3) Filippo Archinto 1546—1556.

4) Bernardino Maffeo 1547—1549.

5) Über Lippomanos Nuntiatur beim Kaiser vgl. Pieper, Zur Entstehungsgesch. der ständigen Nuntiaturen, S. 150.

6) D. i. der jüngere Granvella, Anton Perrenot, Bischof von Arras seit 1538, Kardinal 1561.

indies et edat libros, quibus adversarii respondere dum satagunt, major quotidie in Germania excitetur flamma; quodque jam mandavit Caesarea Majestas fieri inquisitionem contra eos qui fuerint inobedientes, hortatusque est ut ad D. T. scriberem ut ab editione novorum librorum supersederet. cujus verbis cum respondere vellem et zelum, studium, pietatem ac indefessos labores tuos summopere extollerem, noluit ipse unquam ab opinione divelli, sed addidit: si tu es amicus Cochlaei, eum de his omnibus quae tibi dixi, quantoties admonebis!

Bedauert, dafs er dem Cochlaeus einen so schlimmen Dienst geleistet, auch nicht imstande sei, ihm eine Geldunterstützung zuzuwenden, da er über die Einkünfte seines Bistums prozessiere.

Dixerunt nobis, mentem Caesaris esse ut nos in Germaniam transferamus.

Brusellis die 3 junii a. 1549.

Salutat te plurimum in domino optimus consacerdos noster d. Bernardinus Sabinus.

III. Cochlaeus an Cervino: Dank für Unterstützung seines Verwandten Johann Günther. Neue buchhändlerische Unternehmungen. Ersuchen um ein päpstliches Privileg für den Bücherimport nach Italien. 1549 Juni 22 S. Victor bei Mainz.

Aus Florenz Carte Cervin. filza 40 fol. 157, eigenh. Orig.

S. p. Ex literis affinis et familiaris atque alumni mei, magistri Joannis Guntheri, ex Tridento nuper octavo junii datis clare intellexi R^{mae} Celsitudinis Tuae pietatem ac liberalitatem, qua juvit R^{ma} D. T. rem nostram praeclare, dum ipsum affinem meum et perduxit in conspectum summi pontificis et liberalissime juvit viatico. pro omnibus iisce beneficiis pietatis tuae non habeo aliud quod reddere possim nisi devotum et gratum animum ad serviendum devote ac fideliter et R^{mae} D. T. privatim et s. sedi apostolicae atque catholicae ecclesiae publice. spero equidem ex viatico isto gemino, uno pontificis, altero tuo, ita adjutos esse jam conatus nostros contra ecclesiae adversarios ut non debeat vos tam boni operis poenitere. nunc certe oportunissime accidit nobis hoc subsidium, maxime typographo, ut pro persolvenda papyro, qua excudenda sunt acta synodi provincialis Moguntiae nuper habitae, egregie adjutum se fateri debeat multo cum comodo plurimorum, si excusa fuerint latine et teuthonice, quemadmodum nunc sub praelo sunt¹, sicut videbit (spero) R^{ma} D. T.

1) Die Constitutiones concilii provinc. Moguntini etc. erschienen im September 1549 im Druck Behems, s. Widmann, S. 84 (im J. 1550

propediem, quamprimum excusa et in Italiam transvecta fuerint exemplaria. quae utique minore cum timore damni in Italiam transmitti poterunt, si impetrari posset a summo pontifice privilegium pro duobus typographis, Joanne Quentel Coloniensi¹ et Francisco Behem atque Theobaldo Spengel bibliopola² Moguntino, qui ad dispergendum in orbem bonos et erudite scriptos Catholicorum libros inierunt inter se societatem, cum singuli totum impensarum onus perferre non possent. ipsi vero non solum in Germaniam, sed etiam in Italiam (si eis pro subditis Italiae dominiis papa privilegium quantumcunque breve et modicum ad sex, septem aut octo annos daret, ne aliis liceret imprimere contra eorum voluntatem), quia timent ne minoribus impensis et laboribus alii imprimerent et ipsi sua exemplaria vendere non possent. alii autem typographi fere omnes impetrant privilegia pro suis exemplaribus, ideo non est insuetum talia dari privilegia. bene valeat R^{ma} D. T. et certo promittat summo pontifici, subsidium Sanctitatis Suae non esse male collocatum, ex quo tam multa pro fide et doctrina ecclesiae commoda enascuntur.

Ex castello s. Victoris prope Moguntiam 22 junii 1549.

112. Cochlaeus an Farnese: der Tod Pauls III. Die Beförderung Farneses zum Kardinalbischof von Albano. Übersendung der Commentarii de gestis Lutheri; Zweck dieser Schrift. 1550 April 27 Breslau.

Aus Neapel Grande Archivio Carte Farnes. fasc. 752,
eigenhändiges Original.

S. Etsi ex obitu laudatissimi et omnium prudentissimi senis sanctae memoriae papae Pauli III³ maxime contristatus fui et perterritus, multum tamen exhilaravit me fama de gratia et autoritate tua, qua longe ultra aetatem praecelluisti in conclavi atque in electione novi pontificis. nunc enim per Dei gratiam et virtutum tuarum merita videris factus esse major, utpote episcopus Albanensis, quod non eras antea⁴, licet sub Paulo III

erschienen sie auch in Paris apud Jacobum Dupuys . . . in vico d. Joannis Lateranensis).

1) Über die berühmte Kölner Buchdruckerfamilie Quentel s. Allgem. Deutsche Biogr., Bd. XXVII, S. 37 f.

2) Mainzer Buchhändler: s. Widmann, Eine Mainzer Presse, S. 85 (die dort zu Nr. 9 mitgeteilte Vorrede).

3) Gestorben am 10. November. Die Wahl des Nachfolgers, Julius' III. (des in den früheren Briefen gelegentlich erwähnten Kardinals, Monte) war am 8. Februar 1550 erfolgt.

4) Farnese war bis dahin Kardinaldiakon tit. S. Laurentii in Damaso.

nemo fuerit Celsitudine Tua seu gratia seu potentia major. inventa est igitur novae dignitatis accessio, ut inter episcopos cardinales singulari Dei gratia et favore habeas locum, quem antea non habuisti. macte virtute heros foelicissime! memento obsecro pauperis Cochlaei, senio jam dudum et laboribus confecti, qui honoris et congratulationis causa mittit Celsitudini Tuae aliquot libros suis laboribus et impensis aeditos ad perpetuam rei memoriam, quos Romae antea nemo vidit. quis rogo Itolorum, Galolorum aut Hispanorum potuisset (absit jactantia) acta Lutheri ex ordine secundum seriem annorum ita commemorare ex teuthonicis scriptis, sicut ego feci? scio quidem R^{mam} et Ill^{mam} Celsitudinem Tuam longe majoribus occupatam semper negociis quam ut possit habere ocium ad legenda ea scripta quae nunc mitto. precor tamen et opto ut alicui e familiaribus tuis committas gratiose ut saltem acta et scripta Lutheri perlegat et dicat breviter Sublimitati Tuae quid de hoc libro non admodum prolixo sentiat: non dico de eruditione aut de ornatu styli et venustate verborum, quae ibi non sunt, sed de rerum commemoratione ex fide et veritate in unum ex ordine collectarum. si reperiatur alius vel ex antiquis vel ex neotericis qui ullius haeretici libros et labores atque etiam malignitates, fraudes, calunnias et jactantias copiosius et diligentius ex ordine recitaverit quam ego de Luthero feci, nulla sit mihi gratia laborum. quamquam id feci non temere aut sine causa, sed necessario, ex ea potissimum ratione quod magna pars hominum adhuc hodie viventium crassissimo errore putat Lutherum fuisse virum bonum et sanctum ejus evangelium.

Haec Celsitudini Tuae prolixius scribo, ut possit vere et cum fiducia et summo pontifici et fratribus tuis de meis laboribus efficax perhibere testimonium . . .

Ex Vratislavia quinto calendas majas anno domini 1550.

113. Cochlaeus an Cervino: vorzeitige Rückkehr des Johann Günther aus Italien; Sendung seines Bruders. Vertrieb der katholischen Schriften in Italien, besonders Rom. Fortdauernde Ausgaben für diese Zwecke. Bedürfnisse Behems. Unwürdige Vergebung der Benefizien. Die Feinde des Cochlaeus und der Religion in der Umgebung des Kaisers. Sorge um das Schicksal Behems. 1550 April 27 Breslau ¹.

Aus Florenz Carte Cerviniane filza 40 fol. 159, eigenh. Orig.

S. inter omnes cardinales, qui actu praesentes s. Ro. ecclesiae serviunt, nemo gratiosius aut diligentius promovit conatus meos quam fecit R^{ma} D. T., quod etiam testatur suis ad me literis

1) Über die Rückkehr nach Breslau s. Epistolae ad Nauseam, p. 462.

paulo ante ex Tridento et Moguntia, nuper iterum atque iterum ex Colonia, ubi nunc in theologia studet, juvenis ille affinis meus Joannes Guntherus, quem anno superiore Romae gratiose accepit atque etiam liberaliter donatum (quod isthic aliorum cardinalium ac praelatorum nemo prorsus fecit) dimisit. quoniam vero ex Italia rediit properantius quam negotium meum requirebat, cogor nunc fratrem ejus, qui in superiore quadragesima ex Lipsia Moguntiam ad me venit nudus et pauperculus, mittere loco illius in Italiam, ingenio quidem et literis minus idoneum, sed fide parem fratri, ut arbitror; alioqui alium invenissem, sed rara est jam fides juvenum apud nos Catholicos in Germania; potius igitur specto in hoc adolescente fidem quam eruditionem. missa sunt enim aliquot vasa librorum novorum in Italiam non sine meis impensis, quorum bonam partem velim transmitti Romam ad homines pios et doctos, inter quos sane praecipua mihi spes et fiducia est ad R^{mam} D. Tuam, ut tua commendatione promotus et adjutus iste adolescens maxime apud locupletissimos tuos alumnos, Farnesios inquam et alios Pauli III sanctae memoriae propinquos, non omnino vacuis manibus post oblatos libros dimittatur, sed in sumptus tam longi itineris aliquid subsidii consequatur. quid enim tantos viros principes gravare queat parvum honorarium pro paupere adolescente in via tam longinqua? ego enim satis gravatus sum tot impensis apud typographum et sumptibus atque vecturis librorum. certe typographus scripsit mihi nuper ex nundinis Frankfordiae in bona quinta feria proxime ante pascha¹, quod nisi adjutus fuisset subsidiis meis undecunque collectis, non potuisset hac transacta hyeme onus impensarum perferre. magna profecto conatur pro religione catholica variis libris confirmanda et contra haeticorum calumnias in orbem dispergendis libris, idque facit fideliter nec omnino infoeliciter, nam per bibliopolas in nundinis Francfordiensibus dispergit libros nostros in omnem (ut sic dicam) terram, in Gallias, in Hispanias, in Poloniam quoque et Angliam atque latissime in omnem Germaniam. ad quam rem assumpsit in societatem suam aliquot expertos bibliopolas, maxime ad imprimenda varia opuscula R. d. suffraganei Moguntini futuri in Merseburgo episcopi². sed queritur socios suos ad contribuendas pecunias tardos esse et difficiles, se autem permultis ad hanc rem necessariis indigere non solum in quotidianos sumptus pro domo sua proque stipendiis et mercedibus operariorum, sed etiam pro diversis generibus scripturarum de novo fundendis ex plumbo et stanno. o si supervixisset diutius piissimae memoriae cardinalis Ardinghellus³! . . . an non procuraturus fuisset jam-

1) 1. April.

2) Der oben erwähnte Michael Holding.

3) Vgl. oben Nr. 82.

pridem apud summum pontificem ut in subsidium et sublevamen tot laborum onerumque nostrorum pensio aliqua reservaretur mihi super aliqua pingui (ut ajunt) praelatura? nur einmal empfing er, Cochlaeus, eine Zuwendung, nämlich hundert Gulden Pension aus der Würzburger Dompropstei, aus deren Einkünften der Bischof von Eichstädt dem Markgrafen Johann Albrecht Erzbischof von Magdeburg, der nie etwas für den apostolischen Stuhl noch gegen die Ketzereien gethan, jährlich zweitausend Gulden zahlt!

Addo praeterea copiam literarum, quas anno superiore e Bruxellis ad me dedit R^{mus} et deditissimus episcopus Veronensis ¹, ex quibus sane probe ac plane intelligere poterit R^{ma} D. T. quam malam referant mihi gratiam pater et filius N. et N. ², qui sunt quotidie in auribus Caesaris. quibus equidem potissimum imputo in corde meo quod causa religionis tot jam annis tam tepide, ne dicam frigide, curata est. illi sane maxime infensi sunt doctori Mathiae Held, consiliario et quondam vicecancellario Caesareae Majestatis, et doctori Conrado Bruno jureconsulto, qui Wormaciae anno 1540 fortissime restitit eorum practicis, quando vice archiepiscopi Moguntini fel. re. respondebat in omnibus tractatibus Catholicorum, qua de re optime informatus est R^{mus} dominus cardinalis Mutinensis Moronus. quam sinistro autem sint illi ambo in me animo, R^{ma} D. T. ex hac literarum copia facile conjiciet. equidem non magnopere euro quid cogitent aut faciant mihi, timeo autem typographo nostro, ne in pauperem struant aliquid mali et evertant ejus typographiam. qua de re in secreto scribam et supplicabo R^{mo} domino archiepiscopo Moguntino, ne permittat inferri ei aliquid mali per illorum practicam; fideliter enim servit pauper typographus non solum mihi et domino Bruno, sed etiam suffraganeo Moguntino et cuidam fratri s. Francisci insigni in Moguntia concionatori ³. de hac re nollem promiscue dici quibuslibet, sed in secreto tractari cum ipso summo pontifice. esset profecto non solum iniquum, sed et miserabile, si bonus ille vir honestissimae vitae et fidei, qui habet quinque aut sex filios parvulos (quorum duos ex iis majores abduxi mecum et hic alo literisque operam dare cogo) deberet insidiosis malignorum practicis destrui et everti, propterea quod pie servit nobis pro veritate et fide catholica. sed longior sum quam decet meam parvitatem ad tantum virum, quanquam non scio alium qui prudentius aut efficacius hac in re posset consulere ac prospicere mihi et pauperi typographo.

1) Nr. 110.

2) Sic! Es sind natürlich die beiden Granvella, Vater und Sohn, gemeint.

3) Johann Wild (Ferus), s. Widmann a. a. O. S. 83 ff.

bene valeat R^{ma} D. T., patrone colendissime et promotor fidelissime.

Ex Vratislavia quinto calendas majas 1550.

N a c h t r a g.

114. Cochlaeus an Farnese. 1541 Juni 15 Regensburg.

Aus Parma Arch. di Stato Carteggio Farnese., eigenh. Orig.

Dankt für 50 scuta italica, die ihm Morone namens Farneses ausgezahlt hat in subsidium et relevamen quotidianorum hic sumptuum . . .¹

Fuit quidem animus meus jugiter ad serviendum ac bene merendum paratus, non est tamen ulla mihi hactenus data occasio declarandi in facto et re ipsa hanc mentis meae devotionem ac bonam voluntatem. testes habere potero, siquis desyderet, R^{mos} ac Rev. dominos, amplissimum virum R. d. cardinalem Contarenum legatum etc., R. d. episcopum Mutinensem nuncium etc., R. p. magistrum sacri palatii, R. d. Robertum Scotum etc. et idem iste animus meus talis firmiter stabiliterque permanebit quoad vixero per omnes rerum casus, per omnia temporum curricula. cumque videam disputationibus non ita multum profici, decrevi aliis rationibus huic gliscenti per omnem Germaniam malo resistere ac obniti, quantum a Deo optimo maximo parvitati meae concessum fuerit, id quod ab aliis quam a me ipso potius referri velim, commendans me interea . . .

Ex Ratispona die 15 junii anno domini 1541.

115. Cervini an Cochlaeus: Antwort auf Nr. 77² [c. 1543 November], Rom.

Redditae mihi fuerunt litterae tuae 4 cal. novembris datae, ex quibus intellexi quod scribis de Caesaris epistola ad Colonienses deque ipso Coloniensi episcopo: quod etsi ante literis multorum praecipueque domini nuntii³ hic erat auditum, fuit tamen gratum illud idem ex tuis literis intelligere. quapropter, cum prope labenti ipsi civitati subventum sit, maximas Deo optimo maximo

1) Vgl. den gleichzeitigen Brief des Cochlaeus an Cervini, Nr. 74 (oben S. 448).

2) Vgl. oben S. 452 ff.

3) Verallò, Nuntius in Deutschland 1541—1544.

habendas gratias censeo. episcopi vero ad San^{mum} dominum nostrum literae allatae sunt, quibus se suumque factum purgare conatur minoraque opinione ea ipsa esse significat.

Was den Wunsch des Cochlaeus angeht, eine Pension zu erhalten, so würde der Papst ihm gern willfahren. verum cum tot occupationibus undique impediatur, ut ab iis animum avocare non possit, oporteret hic aliquem esse qui tuam rem procuraret, ut cum se offerret occasio, posset Rev. dominum datarium nosque de ea admonere. quod si fecerit, spero te id quod vis adsecutum tibi polliceor, quod ad me attinet, totam hanc rem summa cura diligentiaque suscepturum.

Romae ¹.

2.

Zur Sektengeschichte der Grafschaft Solms - Greifenstein.

Mitteilungen aus einem Greifensteiner Kirchenbuch

von

Pfarrer **Himmelreich.**

1697

27. Mart. geboren Joan Jörg Sohn des Balthasar Christoph Klopfer degradirter Oberschultheifs und Josephina Maria Susanna Christina Eheleute.

Dieser Mensch der vorher Lutherisch gewesen aber sehr eigensinnig nachdem er ettlche Jahr in keine Kirche kommen, weder bei den Lutherischen noch bei den Reformirten ist ihm auf Ihre Hochgräfl. Gnaden ² schriftlichen Befehl anno 1696 12. August

1) Zum Schluß dieser Veröffentlichung sei noch bemerkt, daß das in Nr. 67 mitgeteilte Schreiben des Cochlaeus an Vauchop (das im eigenhändigen Original vorliegt in Neapel, Carte Farnes. fasc. 734) aus unserer Vorlage schon einmal gedruckt ist, nämlich bei Bellesheim, Gesch. der kathol. Kirche in Irland II, S. 692f.

2) Graf Wilhelm Moritz von Solms-Braunfels. So lange Graf Wilhelm Moritz in Greifenstein regierte — er siedelte 1694 nach Braunfels über, das ihm durch Erbschaft zugefallen war —, fand neben